




Opuscula
Chemica
Ripley
1614
N
VI
2/17











Opuscula

Opuscula quædam Chemica.

GEORGII RIPLEI ANGLI MEDVLLA PHILOSOPHIÆ Chemicæ.

INCERTI AVTORIS CAnones decem, Mysterium artis mira brevitate & perspicuitate comprehendentes.

HELIÆ MONACHI FRANciscani Speculum Alchymiæ.

IOAN. AVRELII AVGVRELLI Chrysopœiæ compendium paraphrasticum.

ARTEFII CLAVIS MAIORIS sapientiæ.

IOAN. PONTANI EPISTOLA de lapide philosophorum.

GALLI ETSCHENREVTERI MEDICI epistola ad Guilielmum Gratarolum

Omnia partim ex veteribus Manuscriptis eruta, partim restituta.

FRANCOFVRTI,
Sumptibus & Typis IOANNIS BRINGERI.
M. DC. XIV.



TYPOGRAPHVS LECTORI SALVTEM.

SI errare in ulla arte periculoſum, certè in Chemia eſt, qua hæc ars lõga eſt & obſcura, experientia difficilis, vita brevis, un-
e Johannes Pontanus in epiſto-
a ſua brevi ſed prælegãti fate-
ur, ſè ducenteis in praxi erraſſe
ntequam ad ſcopum perveniſ-
et. Quod ne fiat, inhærendum
ſt autoribus veteribus & proba-
is, qui rem oculis viderunt, ma-
ibus palparunt & meliori fide


ſcripſerunt, teque adeo minus fallere poſſunt, etſi quandoque obſcurius loquantur, remque, quantum poſſunt propter invidos, ſtudioſe occultent. Inter hos tales ſunt hi ipſi, qui nobis aliunde communicati ſunt, unde non abs re me facturum exiſtimavi, ſi eorum te participem facerem, idque eo magis, quod fere nũquam ſint viſi hactenus. Riplei enim medulla, Decem Canones Incerti autoris, Heliæ Monachi ſpeculum & Augurelli compendium ex vetuſtis Manuſcriptis bona fide exſcripta ſunt. Arteſium quidem, facile inter cæteros principem, ante quadriennium Pariſienſis editionis beneficio poſteritas accepit, verum

ita

ta mendoſum, ut vix genuinus
autor, quem nobis Ioannes Pon-
tanus tantopere commendave-
rat, agnoſceretur. Prodit itaque,
quantum fieri potuit, priſtinæ
integritati reſtitutus, à ſexcentis
mendis repurgatus, & ſi vis uno
verbo, redivivus, ita ut qui antea
ab Oedipo vix intelligeretur,
jam vel à Davo quovis, modo
eum patienter & judicioſe legat,
capi poſſit. Vale, & ei qui bono
publico tibique favet, fave.



PRÆFATIO AV-
toris ad Canonicum Anglum.



Onatus ego tractare de se
cretis Chemiæ ad domina
tionem tuam, enitar resera
re ea quæ multis laboribu
novem annorum spacio obtinui & di
dici in Italia è circumvicinis regioni
bus, extrahendo quasi naturæ medul
lam antea experimentatam ab interni
& secretis ossibus & substantiæ fecibu
abscissis. Quæ quidem in his scribendi
ad hoc me singulari amore erga te me
rogante, apertè & breviter declarabo
manifestè non adspersè, verè non ob
scurè, dilucidè non tectè. Talis enim es
vita tua, quam tua bona opera testan
tur, utpote qui es Christianæ gregis refu
gium & lumē catholicæ Ecclesiæ, fidei
que nostræ columna. Nam cui magi

quàm

quàm tibi debeo ſecretum hoc palam facere? nempe quod poſſet te hilariorem reddere, animo devotiorem, corpore ſaniorem, bonis ditiorem, meritis magis acceptum, remuneratione magis liberalem, communis amicorum utilitatis ſtudioſum, Eccleſiæ magis accmmodum, ut qui ſis tantæ familiæ pater, tantæ pietatis dominus, plurimis virtutibus præditus, errorum oppreſſor, pauperum patronus. Alloquar Dominum meum, tametſi ſim pulvis & cinis, alloquar, inquã, in veritate animæ meæ, in fervore charitatis & amoris, indubitatæ certitudinis: talia tibi demonſtrabo, quæ perquiſivi oculiſque meis vidi & manibus tetigi. In qua quidem narratiione non ero difficilis aut obſcurus, ne amor, qui me cogit, imperfectus videatur.

Auctor perquiſivit, vidit & tetigit lapidem Philoſophorum.



MEDVLLA PHILOSOPHIÆ CHEMICÆ GEORGIJ Riplei Angli.

Tria capita huius tractatus.



A quæ ſum ſcripturus tribus tantum capitulis complector. Rogo itaque ut quod ſum dicturus non ſolum te delectet, ſed & magnam adferat utilitatem, ut quicunque velit experiri non defraudetur ſua ſpe, neque tempus eorum, qui aut lecturi aut experturi ſunt deperdatur: nihil enim pretioſius eſt tẽpore. Inprimis te vehemẽtiſſime rogatũ velim, ut mea experimenta in hoc libro ſcripta non aliis fiant aperta quam Philoſophis, qui jubent ne aperte hæc tractentur, ne incidant in manus avarorum. Sed poſtulabo ne magnum auri põdus à Domino meo ut hoc tradam illi? abſit autem à me: quomodo enim Philoſophi ſententia conveniret, *Non aperies crumenam tuã ut magnas facias expenſas, quas hæc ars non requirit*, ut dicit Morienus. Dicit enim idem Philoſophus, *Non expendas aliquid in magiſterio auri.* Quare dicit

Ars non requirit magnas expenſas.

cit hæc verba, nisi quod *aurum magisterij non est aurum vulgi.* Iohannes Dastin dicit, quod *unius auri nummi sumptu totum fit magisterium.* Ubi ergo & in qua re est magisterium nostrum, an in Mercurio, qui vocatur aurum vivum? Philosophus dicit, *qui vult reducere aurum vivum in tenuem aquam, oportet ut hoc faciat per suum contrarium. Nã aurum vivum habet in se quatuor materias & quatuor humores. Purifica ergo suam terrã frigidã cum suo calido, & suum siccum cum suo humido, & habebis humiditatem omnium corporum, habilium, & rem illam quæ dissolvit Mercurium in lac per infinitum.* * An non igitur ab eo sic soluto per se possunt elementa separari? Quod ea dissolvi possint Raymundus permittit. Dicit enim: *Aliqui arbitrantur quod nostrum menstruum resolutivum est aqua argenti vivi facta solummodo ex semet ipso, quia dissolvit metalla & margaritas.* Et quomodo hæc aqua fiat, videtur dicere, ubi dicit, quod asserit etiam Rogerius Bachon in suo Speculo: *Corpus quod est magis ponderosum pone in distillatorio, & extrahe suum sudorem cum modico vento* (aqua attractiva) *vel spiratione, tunc habes in tua potestate vivum, ex nostris argentis vivis.* Et hæc sunt verba Raym. Tunc habetur illud argentum vivum, quod vocatur nostrum. Quãquam intentio eiusdem Philosophi versabatur circa aliam aquam excellẽtiorem, ut aperte monet in suo libro Artis transmutatoriæ,

Aurum magisterii non est aurum vulgi.

In qua re sit magisterium.

Aurum vivum vocat materiam artis.

** Putrefactionem.*

Aqua attractiva

dissolvit corpus auri. per quam aquam attractativam (non sicut cũ aqua Mercurii dissoluti vulgaris) corpus auri dissolvit excellentiori modo, practicando non solum in Elixiri metallico, sed in Elixiri vitæ, vt postea declarabimus. Narratur de quodam experto Philosopho, qui de Mercurio loquebatur in hæc verba: *Ego sum pater incantamentorum, frater Solis, & soror Lunæ, ego sum aqua vitæ ex vino extracta: quod vivit interficio, & interfectũ resuscito; ego nigrũ facio, & album porto in ventre meo, (aurum Philosophorum) posteaquam dissolutus fuero & factus aqua clara & argẽtea, quæ Lac virginis vocatur, qui potest me dissolutum coniungere cum fratre meo Sole, tinget eum in centuplum, cum Sole etiam meo fratre, & Luna sorore mea, omnia lucida fient nigra corpora.* De hoc Mercurio loquitur alius Philosophus dicens: *De hoc Mercurio solo, quando elementa sua separantur, & iterum insimul iunguntur per æquale pondus, fit elixir completum super Saturnum & Iovem, sed eius elementa non possunt separari nisi post solutionem.* Et quomodo ex hac aqua metallica * Artista debet trahere aurum Philosophorum, dicetur infra. Tunc etiam Raymundus videtur æstimare, ubi dicit: *Fili tinctura nostra extrahitur ex re vili & finitur cum una alia valde nobili:* Nam fermentum nostrum non est aurum vulgi. Vocat is vile, quia invenitur aliquando in locis fœtidis, sicut in cloacis: est vile, quia se offert in vili figura: quan-

Mercurii Philosophici efficatia.

Ex Mercurio philosophico fit Elixir completũ.

* Mercurio.

Tinctura extrahitur ex re vili & finitur cum nobili.

quandoquidem eſt in omni re. De illa dicit Avicenna: *Fili oportet te habere magnam quantitatem de noſtro auro & argento, ut humiditas illorum extrahatur, hoc eſt, ſexaginta pondera ad minus: quod tibi ſufficit per omnem vitam tuam.* Et conſequenter addit: *Optimus Mercurius adfertur in corijs de monte Peſſulano.* De quo dicit Geber in omnibus operibus ſuis: *Oportet te laborare, vt Mercurium poßis ſuperare*, id eſt, convincere aut corrumpere. Nam qui illum deſtruere non poteſt, minus illum reparare poteſt, neq; cum illo operari quouſque ſolvatur. Atq; ideo dicit: *ne miſceas cruda coctis.* De illo ſolo cum fermento fit Elixir, qui congelat omne argentum vivum. Quocirca dicit Raymundus in lib. De Mercuriis: *Nunquam congelatur ſine ſulphure congelante, & de illo ſolo congelatur*: quia diſſolvitur per ſe, & in illo diſſoluto non crudo abſconditur magnum ſecretum. Quidam Philoſophus dicit: *fumus exeritur ex ſuis propriis venis* (albus & lacteus, ventus, ſudor, ut ſupra) *qui ſi recte colligeretur atque iterum adſpergatur ſupra proprias venas, faciet ibi fixationem.* Atque ita ex eo ſolo in brevi tempore generatur verum Elixir. Certe ſine iſtis liquoroſis corpus alchemicum non purgatur. Et illud eſt corpus alchemicum quod vocatur corpus leproſum, *in quo*, ut dicit Vincentius, *ſunt Sol & Luna in poteſtate, & non in aſpectu*

Ex ſolo mercurio cum fermento fit Elixir.

Mercurius noſter dicitur albus & lacteus, ventus, ſudor.

Corpus alchemicum leproſum quod.

quod'

quod est in suo profundo est aurum aereum, ad quod nemo pervenire potest, nisi corpus immundum prius mundetur: quod est procul dubio post suam completam mundificationem,* estque millies præstantius quam sunt corpora auri & argenti, vel per naturalem calorem decocta.

* Dealbationem

Materia prima.

Prima materia hujus corporis leprosi est aqua viscosa inspissata in visceribus terræ, &c. *De hoc corpore*, ut vult Vincentius, *fit magnum Elixir ad rubeum & album, cuius nomen est Adrop, qui aliter vocatur plumbum nigrum Philosophorum*,* de quo Raymundus jubet extrahi oleum, ubi dicit: *Ex plumbo Philosophorum* * *extrahitur oleum aurei coloris, vel huic simile.* (Adjungit Raymundus: *hoc autem oleum non est necessarium in vegetabili, quoniã solutiones ibi & coagulationes cito fiant.*) Et si potes eum separare à suo phlegmate, & postea indagare ingeniose secreta illius, poteris in triginta diebus perficere lapidem Philosophorum.* Nam hoc oleum facit medicinas penetrabiles, coniungibiles & amicabiles in omnibus corporibus: & non est res in mundo eo secretior.

* Cor Saturni

* Ex nigro nigriore nigro

Quanto tempore lapis perficiatur.

* Scilicet mineralẽ vel mixtam vel animalẽ.

Nihil secretius in mundo materia Philosophica.

Quod itaq; attinet ad opus Alchemicum, in quantum est solummodo ad Elixir Philosophorum, manifestum est, per hæc quæ diximus si bene intelligantur, quod ad eius perfectionem non requiritur magnus sumptus, pro-

propter quod intentio mea eſt tota circa hoc Elixir; ſed poteſt ad habendum Elixir vitæ, cũ quo omnes mundi theſauri non ſunt comparandi. Et quia etiam non poteſt ullo modo ſine auro obtineri, ut poſtea apparebit, cogor poſtulare à Domino meo non magnum auri pondus, ſed minimam portiunculam ad eius Elixiris doctrinam eruendam; non dico declarandam, quod mihi hæc extrahenti non placet: nam aliud eſt eruere, quod fit cum ſumptu, labore & vigilis, aliud declarare, quod fit in otio, quiete & quadam animi ſolertia.

Opus Philoſophorũ non requirit magnos ſumptus.

Volo itaque, Deo juvante, procedere in tribus capitulis, & primum quidem pro metallis & mineralibus, atque hoc diverſo modo: ſecundo pro metallis & vita vegetabili: tertio pro vita ſolummodo, quanquam etiam hoc Elixir egregie ſufficit ad omnium metallorum tranſmutationem. Verum quia tria ſunt in quibus hæc ars conſiſtit, quæ artifex nullo modo debet ignorare, hoc eſt, Ignis cum quo, Aqua per quam, & Res de qua materia ſumenda eſt. Ideo volo in primis de his tribus practicare. Quatenus vero hinc effectus ſuccedant, declarabitur poſtea particulariter tribus etiam capitibus.

Summa trium capitum ſequentium.

In tribus cõſiſtit ars ex quibus materia prima ſumenda.

Ad primum igitur huius mei propoſiti introitum inveni ſcriptum quod conveniebat in ſimul magna Philoſophorum ſocietas, inter quos

De igne Philoſophorum.

quos oriebatur quæſtio de ſecreto illorum Cæppite, deque eius adminiſtrationis ordine: ad quam quidem ſolvendam, cum multi ſuas rationes adduxiſſent, tandem unus eorum cæteris arte & eruditione inferior, cum ab aliis, quidnam ſentiret, interrogatus eſſet, & quid ſe ſcire arbitrabatur, reſpondit ſe ſcire ignium regimina: quod cum cæteri audiviſſent ac quaſi paulatim ſtupefacti ſunt, Tandem unus illorum in hunc modum reſpondebat: Si verum eſt quod dicis, tu certe es maximus omnium noſtrum, atque ita honorem illi præſtiterunt, quia dignus illis videbatur. Ex quibus verbis quid colligere poſſum, niſi quod bona pars ſecreti noſtri eſt in igne. Sed hic ignis differt multis modis. Vnus eſt enim ignis naturalis, alius innaturalis, alius elementalis, & alius contra naturam.

Bona pars ſecreti in igne.

Ignis quadruplex.

Ignis naturalis eſt qui ex influentia Solis & Lunæ, atque ſtellarum, à quibus generantur ſpiritus aquarum ardentium & vapores potentiales mineralium, atque etiam virtutes naturales rerum viventium. Innaturalis ignis eſt ignis occaſionatus, ut calor in febribus, qui vocatur ignis humidus artificialiter factus à Philoſophis, vocatur etiam ignis primi gradus, qui per ſimilem contemperantiam caloris vocatur balneum, ſtuffa, ſter-

Ignis naturalis quis.

Innaturalis quis.

ſterquilinium, &c. in hoc igne fit putrefactio lapidis noſtri. Ignis elementalis eſt qui fixat, calcinat & comburit, nutriturque rebus combuſtilibus. Ignis contra naturam diſſolvit in potentia, terit, interficit & deſtruit potentiam gubernativam formæ lapidis: nam diſſolvit lapidem in aquam nubis cum deſtructione ſpecificæ figuræ. Vocatur autem ignis contra naturam, *quia operationes illius ſunt contra naturales operationes*, ut aſſerit Raymundus. *nam omnia quæ natura producit hic ignis deſtruit & ducit ad corruptionem, niſi addatur ignis naturæ.* Quocirca, ut dicit Raymundus, *hic jacent contrariæ opiniones: nam hic ignis contra naturam diſſolvit ſpiritum corporis fixi in aquam nubis, & corpus ſpiritus volatilis conſtringit in terram congelatam & cryſtallinam. Item contrario modo ignis naturæ congelat ſpiritum diſſolutum corporis fixi in terram glorioſam, & corpus ſpiritus volatilis fixum per ignem contra naturam ſolvit non in aquam nubis, ſed in aquam philoſophorum, & fixum revertitur volatile, & ſimiliter humidum fit ſiccum, ponderoſum ſit leve.* Sed tamen hic ignis qui eſt contra naturam non eſt de opere noſtri magiſterii, ſed eſt ignis qui eſt potentia naturalis. Quod videtur dicere ad differentiam, quæ eſt inter Elixir minerale &

Elementalis quis.

Ignis contra naturam quis.

Effectus ignis cõtra naturam.

Ignis contra naturam nõ eſt opere magiſterii.

Ignis contra natu-

Eilxir

ram potẽtia naturalis.
Elixir triplex.

Elixir vegetabile. Nam Elixir est triplex videlicet minerale, vegetabile & animale: quæ ita vocantur, quia fiunt per aquas de rebus mineralibus, vegetabilibus & animalibus spermaticis.

CAP. I.

De lapide minerali.

Ignis contra naturam quid.

Vnde extrahatur ignis contra naturam.

SEd quia hoc primo capitulo tractabimus de primo Elixiri, loquamur prius aliquid de hoc igne qui est contra naturam. Et est aqua mineralis valde fortis & mortalis, quæ pertinet ad Elixir. Et *hæc aqua extrahitur cum igne elementali de quodam menstruo fœtenti, quod fit ex rebus quatuor,* ut inquit Raymundus in epistola Accurtationis, & est aqua fortissima mūdi cuius solus spiritus auget tincturam fermenti, & multiplicat: nam hoc est aurum tractum cum spiritu minerali, qui est quædam vis sulphuris simplicissima sine ulla terrestrietate, quam aliqui vocant spiritum viridis leonis, & aliqui eius sanguinem, in quo fere omnes decipiuntur.

Leo viridis Philosophorum quid.

Leo viridis Philosophorum est illud, per quod omnia virescunt & virtutem suam attractivam ex visceribus terrę elevatam ex hyemalibus cavernis, cuius filius maxime est nobis acceptabilis & sufficiens ad omnia elixiria, quę ex eo componenda sunt. Nam ex eo habebitur potentia sulphuris albi & rubei non combu-

buren-

burentis, *quæ eſt res optima*, ut dicit Avicenna, *quam Alchimiſtæ capere poſſunt, ut inde faciant aurum & argentum.* Sed hæc verba ſufficere poſſunt homini ſapienti ad habendum & cognoſcendum viridem leonem; ſed hic nobilis infans vocatur Leo viridis, quia quando diſſolvitur veſtitur viridi veſtimento. Tamen ex viridi leone fatuorum extrahitur vehementi igne aqua, quam fortem vocamus, in qua dictus Leo elixirari debet. *Nam omne aurum Alchimicum*, ut inquit Raymundus, *fit ex corroſivis.* Quocirca aurum ita factum non intrat in medicinas: nam melius eſſe homini commedere oculos Baſiliſci quam aurum factum cum noſtro igne contra naturam. Et res illa de qua extrahitur hęc aqua fortis, eſt vitriolum viride, ſtillicidium Veneris: & hoc à multis philoſophis vocatur aurum romanum, propter abundantiã ſuæ nobilis tincturæ, quod fermentari debet cum auro vulgari. Quam autem abſcõditæ virtutis & potentiæ ſit ignis iſte, ſatis manifeſtum eſt in contritione corporis ſpiritus volatilis in formam nivis albiſſimæ cum illo vulgariter ſublimati: Et hic eſt unus modus elixirationis, quam Raymundus tradit in fine ſuæ epiſtolæ Accurtationis, ubi dicit: *Si argentum vivum cibaveris cum hoc oleo, videlicet cum ſpiritu quintæ eſſentiæ, inſpiſſatur, &c.* Sed pro defectu huius princi pij naturalis, hoc eſt, non artificia-

Quare vocetur Leo viridis.

Aurum Alchimicum fit ex corroſivis.

Aurum romanum fit ex igne contra naturam.

Virtus & potentia ignis cõtra naturam abſcõdita.

Primus modus elixirationis.

tificialis, *quod*, ſicut Vincentius in Speculo, *fit ex ſalibus, ſulphuribus, aluminibus & cæteris huiuſmodi, quæ metalla corrodunt*, mille fruſtrabuntur in fine operis deſiderati.

Modus elixirandi cũ igne cõtra naturam triplex. *Modus primus.*

Modus itaq; elixirandi cum hoc igne contra naturam eſt triplex. Nam Philoſophus dicit quod ſales & alumina abbreviant opus. Recipe igitur primum Solem calcinatum cum prima ſua aqua, id eſt, Mercurii puriſſima & clarificata in colore ſanguinis ſpacio viginti dierum; nam in minori tempore nihil fit; quæ quidem calcinatio non poteſt eſſe tam utilis, niſi prius Sol ſit mercurialiſatus in huiuſmodi tenuitate, vt poſſit adhærere illi cui conjungi debet in vigeſima quarta proportione, ita ut percoletur per medium panni linei ſubtilis ſine aliqua maſſa remanente; nam & ego ipſe vidi hoc opus ita ordinatum: nam tunc ſine dubio præcipitari poteſt in vaſe longo & forti undique bene clauſo, niſi in ſummitate ipſius, ubi ſinas ebullire per viginti dierum ſpacium in pulverem rubeum ad ſimilitudinem Cinabaris, per ignis violentiam, quemadmodum ego vidi. Solvatur hic pulvis cum noſtro igne contra naturam, poſteaquam partes illius fuerint bene fixæ, ita quod quando pulvis proiiciatur ſuper ferrum candens, ſpiritus illius non volabit in fumum. Et quando hic pulvis erit ſolutus

tus, abſtrahatur aqua ab eo donec fuerit inſpiſſatus ſicut oleum quod remanet in fundo vaſis, quod etiam fixatur in pulverem ſiccum, primum cum igne lento, & poſtea cum fortiori, & proba fixationem illius, ut ſupra, & ſic reitera eandem probationem decem vicibus, nam tunc non poterit deſiccari, ſed remanebit oleum ſpiſſum quod vertet argentum & omnia corpora in aurum purum, hoc eſt alchemicum, & ſufficiens & bonum ad omne opus aurifabrorum. Sed, ut dictum eſt, non intrat in medicinas. Raymundus addit hunc ordinem in octuaginta diebus ad maximum compleri poſſe.

Per ſecũdum modum fit aurum magis miraculoſum, elixiratum per ignem contra naturam compoſitum cum igne naturali, & modus hic eſt. Recipe vitriolum factum de acutiſſimo humore uvarum * & ſericon coniunctis in una maſſa cum vitriolo naturali aliquantulũ exſiccato ſimul cũ ſale nitro, atq; ex his diſtilletur aqua quæ primo erit debilis phlegmatica ſive colorãdo vas, quã proiice: tũc aſcendet fumus albus qui faciet apparere vas quaſi citrinũ, qui colligẽdus eſt quouſq; ceſſet, & quouſq; vas revertatur ad ſuũ priſtinum colorẽ. Nã illa aqua eſt menſtruũ fœtans, in quo eſt beſtia noſtra, * qua vocatur contra naturam, quæ ſi eſſet abſens, eſſet ignis noſter naturalis de quo plura

Modus ſecundus.

* Cũ igne naturæ.

Menſtruũ fœtens.

*Fumus rubeus.

dicemus ſuo loco in cap. ſequenti, & hæ aquæ, *mineralis ſcilicet & vegetabilis ſimul mixtæ & aqua viva factæ, operantur contraria, quod eſt mirum. Nam hæc una diſſolvit & congelat, humectat & deſiccat, putrefacit & purificat, diſgregat & coniungit, ſeparat & reſtaurat, mortificat & vivificat, deſtruit & reintegrat, attenuat & inſpiſſat, nigrificat & albificat, comburit & frigefacit, incipit & perficit: hic ſunt duo Dracones ſimul pugnantes in flumine Salatiæ: hic eſt fumus albus & rubeus, de quibus unus devorabit alium. Atque hic vaſa reſolutiva non debent lutari, ſed ſint ſolummodo leniter obſtruſa cum panno lineo & maſtice aut cera communi: nam hæc aqua eſt ignis & balneum *intra vaſa & non extra, quæ ſi ignem fortem alium ſenſerit ſtatim elevabitur ad ſummum vaſis, & ſi ibi requiem nõ invenerit, vaſa rumpentur, atque ita compoſitum relinquetur fruſtratum. Hæc aqua compoſita in quantum ſolvit, in tantum congelat & elevat in terram glorioſam. Atque ita eſt ſecreta diſſolutio noſtri lapidis, quæ fit ſemper cum congelatione ſuæ aquæ. Et propterea quod hic ignis naturæ additur aquę contra naturam, ideo quantum perdidit per aquam cõtra naturam, tantundem recuperavit per aquã naturæ de ſua forma, ita quod per opus ignis contra naturam non poteſt deſtrui aut in nihilum verti.

*Metallicę propter ignẽ naturæ.

Virtus aquæ cõtra naturam.

Duo Dracones.

Fumus albus & rubeus.

* Aqua ignea, ignis humidus.

Diſſolutio lapidis fit ſemper cũ cõgelatione ſuæ aquæ.

Coniũctio ignis natura cum aqua cõtra naturam.

Jam

Jam procedamus ad practicam, super calces corporis debite calcinati: preparato itaque corpore pone desuper tantum huius aquæ cõpositæ vt possit illum cooperire ad spissitudinem dimidij pollicis, quæ statim ebulliet super calces corporis sine alio igne externo, dissolvendo corpus & elevando illud in forma glaciei cum sui ipsius exsiccatione, quã oportet manum artificis removere. Et postquam calces relictæ fuerint iterum bene exsiccatæ per ignem, addatur illi tantundem aquæ quãtum satis, & sic ulterius procede in omnibus, ut supra dictum est. Et hoc modo perseverabis in eadem operatione donec omnes calces fuerint bene dissolutæ: quæ substantia bene dissoluta & subtiliter separata atq; in pulverem redacta ponẽda est, ut dicitur, in bona quantitate aquæ ignis naturæ rectificatæ, ut in eo vase bene obturato per calorem extrinsecus administratum, caloremque internum excitantem solvatur in oleum, quod cito fiet ratione simplicitatis aquæ, quo facto subtrahe aquam ab oleo distillando per eũdem temperatissimum calorem, donec remaneat in fundo oleum pertenue, quod quanto sæpius dissolvetur atque aqua ab eo extrahetur, tanto magis erit subtile & tenue. Cum hoc oleo, si fiat ex calcibus Solis vel Lunæ, possumus incerare substantias cæterorum corporum elevatorum *Practica.*

quouſque figantur & fluant, quæ tunc etiam cõgelabunt argentum vivum in Solem & Lunam, atq; etiã tranſmutabunt cætera corpora imperfecta, ex quorũ calcibus ſic elevatis hæc ſubſtantia inceranda ſumpſit originem: tamen inſuper idem oleum poſitum in chemia ſigillata ad putrefaciẽdum in ignem primi gradus, cum materia eius ſit humidum, fit nigrum ſicut pix liquida: nam tunc ignis poteſt habere ſuam actionem in corpore ita aperto ad corrumpendum, illudque ideo fit nigrum, quia calor agens in corpus humidum gignit nigredinem: quocirca nigredo eſt primum ſignum corruptionis. Et quia corruptio vnius eſt generatio alterius, ideo ex corpore corrupto generatur corpus neutrale, *quod certe eſt declinabile ad quodvis fermentum. Oportet tamen quod fermentum cum corpore alchemico alteretur: nam neceſſe eſt quod tota ſubſtantia lapidis noſtri ſeu elixiris teneat de natura quintæ eſſentiæ, quia alioqui nihil valet. Inter nigredinem vero & albedinem apparebit color viridis, cum tot coloribus poſtea ſubſequentibus, quod plures ab humano ingenio excogitari non poſſunt: ſed cum albedo incipit, apparebit ſimilis oculis piſcium, tunc agnoſces quod æſtas appropinquat, quam autumnus cum natura rubedinis exſpectat poſt colorem ſubcineritium atque citrinum: nam tunc Sol eſt

Nigredo ſignũ corruptionis primum.

* Spiritus congelativus.

Albedo.

Citrinitas

Rubedo.

eſt deſcendens debito curſu à ſede ſua meri-dionali perfecte naturalis & lucidus per groſ-ſam ſolutionem in pallidum occidentem, im-perfectus lateraliter, & inde verſus aquilonē in purgatorii nigredine alterabilis & aquatic⁹, atq; inde in orientem lateraliter & lucens per-fecte cum albedine cryſtallina, ſicut paradiſus & æſtas atq; ultimo aſcendens in curru igneo, dirigens curſum ſuum in meridiem cum im-perio igneus valde lucēs, cæleſtis, autumnalis, ſupremus & pluſquam perfectus. His tandem curſibus peractis pertranſiit rotam phyſicam. Et quādo oleum ſimplificatum corporis alte-randi diſponitur per ignem in ſuo vaſe debite ſigillato, quid tunc aliud ibi eſt quam res una quā natura fecit generari de ſulphure & mer-curio in viſceribus terræ. Quocirca lapis no-ſter nihil aliud eſt quam maſculus & fœmi-na, Sol & Luna, calidum & frigidum, ſul-phur & mercurius. Atque tunc tandem quan-do omnes partes lapidis noſtri in unum colli-guntur ſive ſunt concretæ, manifeſte appa-ret quid ſit Mercurius noſter, quid ſulphur noſtrum, quid corpus alchemicum, quid Leo viridis, quid fumus albus & rubeus, quid Dracones noſtri, quid ignis noſter, quid au-rum noſtrum, quod habet in ſe albedinem & rubedinem, quid ſanguis humanus, quid lapil-li, quid aqua vitæ, & aqua ardens, & cætera

Lapis noſter maſculus & fœmina.

Similitudo trinitatis, ſcilicet Corporis, animæ & ſpiritus.

Corpus quid.

Spiritus quid.

Anima quid.

multa, quæ in hac arte metaphorice nominantur ad decipiendum ſtultos. Eſt etiam quædam ſimilitudo trinitatis eluceſcẽs in corpore, anima & ſpiritu. Corpus eſt ſubſtantia lapidis, Spiritus eſt ibi virtus, hoc eſt, quinta eſſentia, quæ excitat naturas de morte, Anima vero pro fermento accipienda eſt, quæ haberi nõ poteſt niſi ex perfectiſſimo corpore: ſimiliter ſulphur & terreitas pro corpore in Mercurio ſerenitas unctuoſa, aerea per ſpiritum, in utriſque naturalis unctuoſitas: nam anima eſt ſicut cum unctuoſitate corporis fermentabilis commixta, & inſeparabiliter illi unita per minimas ſui partes, vtpote ex qua anima lapis formatur, qui ea abſente nullo modo formari poteſt. Nam illa eſt proprietas Solis & Lunæ, quæ non pertinet ad ipſum lapidem, videlicet dare formam auri & argenti. Et hoc elixir album aut rubeum augeri poteſt cum oleo fermentali albo & rubeo ad rubeum. Et quando proiicitur ſuper mercurium, vertit illum in elixir quod proiici debet ſuper corpora imperfecta. Præterea elixir album augmentatur cum aqua mercuriali, & rubeum cum oleo mercuriali, quæ ambo habenda ſunt ex mercurio diſſoluto. Interroga ſacram ſcripturam, ubi dicitur: *Extraxit aquam de petra & oleum de ſaxo duriſſimo.* Et notare poſſumus integram compoſitionem eilxiris in his quartuor verſiculis:

Augmentatio Elixiris.

culis: *Extendit cœlum tanquam corium, qui tetegit partes ſuperiores.* * *Qui ponis nebuloſam & tenuem aſcenſionem, Qui ambulas circa plumas ventorum,* * *Qui facis angelos tuos, ſpiritus & miniſtros tuos ignem urentem,* * *Qui fundaſti terram ſupra baſim.*

Pſal. 104. * Ecce cũ aquis diſſolutio. * Ibi eſt ſublimatio. * Ibi eſt revivificatio elementorũ. * Ibi eſt elementorum fixatio. *Tertius modus. Practica.*

* Tertius modus eſt elixiratio corporis auri per virtutem ignis contra naturam poſtea adiuncti cum igne naturæ. Et modus agendi eſt talis cum igne contra naturam: Fiat diſſolutio corporis puri puriſſimi cum ſale combuſto bene rectificato, aut cum arſenico fortificato ut mos eſt, ex quibus puriſſime & nulla groſſitie in fundo remanente diſſolutum in aquam citrinam lucidam & claram viſu delectabilem per inclinationem evacua, quam pone ad diſtillandum in igne lento, & remanebit in fundo materia in ſpiſſitudine olei, ſuper quod ponatur eadem aqua, & iterum abſtrahatur ab eo quouſque fiat debilis ſicut aqua fontis ſine aliqua acerbitate. Tunc fiat nova aqua cum qua opus eodem modo ſępius reiteretur: tunc effũdatur ſuper iſtud oleum tenue ignis naturæ perfecte rectificatus, & ſit quantitas illius dupla ad quantitatem olei corporis diſſoluti, & vaſe bene clauſo ponatur in balneo diebus ſeptem. Tunc veniet aqua valde citrina, quæ per virtutem ſuam extraxit tincturam ab igne contra naturã ſale & fecibus combuſtibilibus. Nam ita vult. Raymundus in ſuo Alphabeto

practicali, ubi dicit: *Quanquam aliquantulum repugnat naturæ, tamen si quis cognoverit materiam confortare cum igne naturæ per balneationem quindecim dierum, oleum à nigredine ignis contra naturā* * *incipiet perficere opus, & obtinebit finem desideratum.* Quocirca aqua naturalis ita tincta caute evacuetur in aliud vas habens orificium valde strictum, ut possit melius & firmius obturari. Et cum alia aqua fiat dissolutio infundendo quantitatem aquæ supra oleum, & aqua auri tincta evacuetur caute ut supra, & ponatur ad partem cum aqua prius evacuata, & reserva bene claudendo vas, & observetur hic modus evacuationis quamdiu aqua videbitur tingi. Et quando aqua non ultra tingetur, indicium est quod tunc tota tinctura corporis Solis est extracta ab igne cōtra naturam: quocirca prædictæ evacuationes ponantur in vase distillationis, & cum igne lento exalta aquam naturæ, quousq; remaneat in fundo oleū, cui adde novum ignem naturæ perfectissime rectificatum. Et posteaquā materia steterit in igne sex diebus, eadē aqua reiteretur donec oleum fiat subtile & purum sine fœculētia & grossitie, in quo nō relinquatur quicq̄ de aqua naturæ, sed solūmodo auri substantia in oleum conversa remaneat in fundo vasis. Hoc oleum in Chemia positum alterari potest in magnum elixir sicuti demōstratum est in practica supradicta.

* Quod sex diebus fieri pōt, sicut ego probavi.

Sed

Sed propterea quod illud iam non pertinet ad noſtrum propoſitũ, procedamus ad partẽ practicæ quam intendimus, & quæ adhuc reſtat: Sublimetur ſepties argentũ vivum cũ vitriolo romano & ſale combuſto,& poſtea ſublimetur tribus vicibus per ſe,ſolummodo à ſua ſubſtantia fœculenta, * quo facto atq; in pulveré redacto, ponatur in vaſe fixatorio,& pone quantitatem olei auri ſupradicti ꝙ vix cooperiat illud & vas clauſum ponatur ſuper ignẽ lentum quouſq; naturæ ſupradictæ ſimul iungantur. Tunc teratur bene ſuper lapidem marmoreum mundiſſimum, & inceretur in vitro cũ prædicto oleo auri,& caute ponatur in vaſe ſuo ſub igne prædicti gradus, ubi vas remaneat in duplo longiori tempore quam prius, ut natura cõmixta melius & firmius conjungatur & inſpiſſetur. Et hæc regula in hac arte eſt generaliter obſervanda, videlicet ut ſemper vas cũ materia in eo figenda ponatur ad ignem de tẽpore in tempus augmentatum. Atq; hæc inceratio cõtinuetur donec argentum vivum perfecte figatur cum ſubſtantia auri,quod probãdum eſt per laminam argenteam. Et etiamſi inveniatur fixum,habeat aliam incerationem ad maiorem ſecuritatem,tũc ponatur ſub igne forti per tres dies,teratur ſuper lapidem, & inceretur quouſq; fiat unguentũ ſpiſsũ. Et poſtea exſiccetur per ignẽ lentum, & demum calcinetur

* Vide Raymundum in epitome: Si ſit una pars auri, ſeptem ſint argẽti vivi ſublimati.

netur cum igne forti valde per ſpacium octo horarum. Quo facto inceretur ſæpe & exſiccetur cum igne lento, quouſque non poſſit amplius exſiccari, ſed quod currat in igne tanquã cera fluens. Nam hæc medicina tranſmutat argentum alchemicum, verum bonum ad omnia opera aurifabrorum, ſed non ad medicinas.

* Scilicet cum igne cõtra naturam.

In operatione lapidis mineralis duo inſignia ſecreta obſervãda.

In operatione huius lapidis mineralis*ſunt multa ſecreta inſignia & utilia ad finem, ad quem elixiria haberi poſſunt, ad tranſmutationem corporum metallicorum, de quibus duo ſunt cæteris excellentiora, ſolummodo in capitulo tangenda antequam finiatur, de quibus primum eſt in Mercurio ſolo, ſecundum in Mercurio & corpore albo ad album ſolummodo, & Mercurio & corpore rubeo
1. ad rubeum. Ad utrumque exercendus eſt pe-
2. nitus artifex. Solve igitur mercurium in aquã

Prima via ad elixirandum.

lacteam, cum quo diſſoluto artifex poteſt diſſolvere tantum Mercurij quantum voluerit, & hæc una pars ponatur ad diſtillandum in igne lento, & diſtillabit novum lac virgineum *albiſſimum & cryſtallinum, cum quo omnia corpora noſtra diſſolvi poſſunt in primam ſuã materiam puram & purgatam, hæc aqua erit argentei coloris, quæ ſi eſſet fixa cum fæcibus calcinatis atque iterum diſſolutis in quantitate remanente ſuæ aquæ atque iterum congelatæ,

* Sine phlegmate.

atæ, hæc operatio iterata fieret inde elixir super argentum vivum & omnia corpora imperfecta ad veram albedinem. Atq; ita ex hac substantia minerali fit aqua permanens, cum qua calces omnium corporũ possunt depurari, ut liquefiãt in purissimum argentum, & ꝓpterea quando mercurius dissolvitur elementa illius sunt separabilia post separationẽ illius liquoris, & completa putrefactione post album liquorem distillabitur humor aureus & rubeus, * cum quibus humoribus, addita parva quantitate fermenti de gummi lapidis supradicti elixirati, fiet lapis albus, qui transmutabit argentum vivum & omnia corpora metallica in argentum purissimum. Similiter cum eodem humore * rubeo cum modico fermenti in eo dissoluti calces corporum citrinantur, ut in aurum purissimum liquefiant. Præterea quando argentum vivum dissolvitur, dissolve in illo parum de fermento rubeo, & pone totum in chemia bene sigillata cum sigillo Physico, & cum lento & continuo igne extrahe * currum sive vehiculum quatuor elementorum per profundum maris quousque exsiccatis fluminibus (hac enim operatione *abierunt in siccum flumina* iuxta Psalmistam) appareat in materia substantia lucens sicut oculi piscium, tũc per spacium triginta dierum subsequentium rubificabitur cum igne vehementi ut decet, & perma-

* Oleum plumbi philosophorum.

* Id est, oleo Mercurij.

* Nõ manualiter.

permaneat in igne quousq; liquescat tanquam cera liquida. Et tunc erit apta & habilis ad cõvertendum omnia corpora in purum aurum. Atq; hoc modo medicina alba & rubea multiplicãtur cum suis humiditatibus propriis, hoc est albis & rubeis per solutionem & congelationem prout decet. Atq; hoc modo aperta est via quomodo fiat elixiratio cũ mercurio solo.

Secunda via ad elixirãdum.

Secunda via ad elixirandum cum corpore solo, fit in hunc, qui sequitur, modum: Accipe partem purissimi Kybric, & duodecim partes aquę marinæ, & cum illis dissolve Kybric, quãdo vero dissolutũ erit, percola aquam per pannum lineum, massa vero non solvatur quæ in panno remanserit, pone in chemia, & pone super ignem lẽtum, sicut si esset calor Solis, quousq; color rubeus incipiat apparere in superficie illius, tunc appone illi quartam sui partem aquæ supradictæ in vitro mundissimo servatę, & ponatur ad ignem lentum sicut supra quousq; exsiccetur. Nam in hac operatione quanto magis apponitur spiritus & quanto minus corporis, tanto melius & citius fit solutio, quæ fit per congelationem aquæ. Cavendum ergo est, ut dicitur in Rosario, *ne ventus* fiat nimis humidus, quia tunc materia non recipiet siccitatem.* Atque hic modus imbibitionis servandus est quousq; tota aqua exsiccetur in corpus. Tunc sigilletur vas more Philosophico, & colloce-

* Venter humidus.

tur

tur debite in ſua fornace, ſupponendo ignem lentum, quia non debet infrigidari ab hac hora uſque ad complementum totius operis, & quando materia eſt ſublimata, cogatur iterum deſcendere paulatim & paulatim ſine violentia cum igne apte ſuppoſito. Quo facto iterum ſublimetur Kybric ſulphur noſtrum, atque anima ſolis noſtri vulgaris, quod eſt unguẽtum noſtrum (ſine qno omnia non cõiunguntur cum corpore) aſcendat de terra in cælum atq; iterum deſcendat de cælo in terram, quouſq; cælũ fiat terra & terra fiat cælũ, ut hoc modo fiat ſubſtantia non tam dura ut corpus, nec tam mollis ut eſt ſpiritus, ſed retinens diſpoſitionem mediã, hoc eſt, ſtans fixa & permanens in igne, *ſicut terra albiſſima in fundo vaſis quæ cibando eſt nutrienda cũ lacte & cibo quouſq; quantitas eius augeatur ad voluntatẽ Artificis. Hæc medicina fermentata ad rubeũ cũ quantitate Solis diſſoluti in aqua maris, ratione ſeparationis primæ formæ à materia ad eũ finem, ut fiat magis formalis quã antea erat, quando primæ qualitates remanebant nõ diviſæ, poteſt reduci ad colorẽ purpureũ per ignẽ fortem & continuum illi adminiſtratum. Atq; ita in opere minerali fiat ad elixir veriſſimũ album & rubeũ. Sed hoc elixir albũ & rubeum augebitur centies in virtute & bonitate, ſi ſua videl. quinta eſſentia ſibi prius fixa poſtea cum

* Super laminam.

igne

igne naturæ deducatur in oleum quod necessario habet fieri in vase circulationis: tunc enim minima illius gutta congelat mille guttas Mercurij in veram medicinam. Atque nunc tandem concludamus virtutes huius primi capituli sub hoc fine, ne nimis in longum producatur, quandoquidem ea quæ supra scripsimus possunt sufficere. Incipiamus aliud capitulum de Lapide vegetabili.

Cap. II.

De Lapide vegetabili.

Beneficiũ lapidis vegetabilis in igne natura. *Author intendit hic tractare de igne natura & modo operandi cum eo.* *Ignis natura non à vino.*

QVandoquidem totum beneficium lapidis vegetabilis adipiscimur per virtutem ignis naturæ, sicut certa fide cognovimus, ideo iam intendimus aperte tractare de hoc igne, & de modo operandi cum eo, ut in omnibus tuæ Dominationis voluntati satisfaciam, Aliqui arbitrantur quod hic ignis est à vino, juxta mentem communem, & quod rectificatur per crebras distillationes, quousque phlegma aqueum, quod impedit potentiam suæ igneitatis, prorsus ab eo auferatur, veruntamen quando huiusmodi aqua, quam fatui putum spiritum vocant, etiamsi centies rectificata proiicitur super corpus quantumcunque bene præparatum, nihilominus videtur quod reperiatur debilis & omnino insufficiens ad actum

actum diſſolutionis corporis cum conſervatione ſuæ formæ & ſpeciei. Quocirca apparet error in electione huius principij, quod vocãt menſtruum reſolutivum, circa quod dicendum eſt, quod, iuxta traditionem antiquorum Sapientum, materia unctuoſa eſt materia propinqua mercurij noſtri vegetabilis & phyſicalis, quam Raymundus vocat, *Nigrum nigrius nigro*, quod certe mihi incognitum non eſt. Cæterum ſi menſtruum reſolutivum oriatur ex vino, ut dicit Raymundus, ſive ex tartaro eiuſdem, quomodo ergo intelligitur, quod dicit Philoſophus, *Aqua noſtra eſt aqua metallica*, propterea quod generatur ex genere metallico? Ad quod reſpondendum eſt, quod Philoſophus loquitur de aqua menſtrui reſolutivi vel de aqua menſtrui reſolubilis. Si de primo modo: tunc non eſt aqua metallica niſi quodam modo, nam eſt vapor ſulphureus & mercurialis, atque ratione ſulphureitatis aduritur cum igne. Videmus etiam in tartaro ſolummodo ad Solem exſiccato quaſdã mercuriales lucentes qualitates ad oculum apparentes. Genus vero metallicum eſt Sulphur & Mercurius. Quantum ad ſecundum modum, reſponſio eſt facilis ſecundum Raymundum in ſuo Quæſtionario, ubi quando interrogatur quid ſit Mercurius vegetabilis in auro & argento? Reſpondetur, quod eſt eſſentia ſimplex

Menſtruũ reſolutivũ

Materia lapidis vegetabilis quæ eſt à quo.

Aqua noſtra, eſt aqua metallica.

Genus metallicũ Sulphur & Mercurius.

plex coessentialis de suis propriis partibus cõcretis ad hoc reducta per menstruum resolutivum, cuius virtute possunt multiplicari suæ similitudines in mercuriis, qui sunt extra, & fieri medicinales ad corpora humana, ad expellendum ab illis multos morbos, ad restaurandam pristinã juventutẽ, & ad conservandam sanitatem usq; ad tempus à Deo assignatũ. Quocirca nostra aqua metallica est humiditas unctuosa corporis dissoluti ad similitudinem picis liquidæ, & vocatur menstruum resolubile.

Aqua nostra metallica est humiditas unctuosa corporis dissoluti.

Verum propterea quod intendimus tractare de mẽstruo resolutivo, quod requiritur in hoc capitulo pertractandum, declarabimus manifeste ex quibus principiis, & quomodo extrahatur, videlicet in hunc modum: Humor unctuosus est ultima cõsolatio corporis humani, & quid hoc sit Physico manifestũ est: facit sonitum in vase & non distillatur nisi per artem. Raymundus dicit, *quod ex rebus calidißimis in natura fit lapis noster. Vinum est calidum, sed est aliud quod est eo multo calidius, cujus tota substantia propter abundantiam suæ aereitatis facilime inflammatur ab igne. Et tartarum huius unctuosi liquoris est crassum ad modum nucis avellanæ.* Nam ita dicit Raymundus: *Et illud tartarum est nigrius quam tartarum ex nigris uvis* Cataloniæ: quocirca vocatur *Nigrum nigrius nigro.* Et propterea quod hæc humiditas est unctuosa, ideo melius convenit

Menstrui resolutivi extractio qualiter fiat.

Humiditatis unctuosæ effectus.

Ex rebus calidißimis in natura fit lapis philosophorũ.

venit cum unctuoſitate metallorum, quam ſpiritus ex vino extractus, quia ex eius virtute ſulphurea Liquefactiva metallica in igne liqueſcũt, quam quidem operationẽ ſpiritus vini perficere nõ poteſt, qui quantumcunq; fortis fuerit, non aliud eſt quam aqua clara cum aqua quadam phlegmatica admixta, ubi contrario modo in hoc noſtro ſpiritu unctuoſo diſtillato non reperitur omnino ulla aquoſitas Phlegmatica. Cæterum quia hæc res raro reperitur in partibus noſtris, aliiſque quibuſdam regionibus, ideo Guido de Montano gręcus Philoſophus invenit aliam humiditatem unctuoſam, quę natat ſuper alios liquores: quę quidem humiditas oritur ex vino, ad cuius cognitionem Raymundus, Arnoldus & quidam alii pervenerunt, ſed quo modo obtinere potuerint, tacuerunt. Raymun. dicit, quod debet extrahi de matre & fęcibus vini per centũ viginti dies, per continuã rotationem in Balneo calidiſſimi fimi, & quod acuitur cum rebus vegetabilibus calidis, ut ſunt piper nigrum, euphorbium, anacardus, ſquilla, apium ſylveſtre, & huiuſmodi ſimilibus, nã ſine virtute harũ rerum, ut ille dicit, non eſt ſufficiens diſſolvere metalla niſi longo tempore. Quocirca, ut ille aſſerit, in his eſt unum de ſecretis huius artis, cujus virtus eſt per artificium augmentanda.

Guido Montanus Philoſophus græcus.

Hactenus diffuſi fuimus & ꝑlixi in huius la-

pidis tractatione: quocirca ut nihil dubium aut ambiguum relinquatur in his quæ solus amor meus in Dominationem vestram me cogit patefacere, dico quod hæc omnia, quæ Raymundus locutus est, cooperta & tecta sunt sub pallio Philosophiæ: nam animus illius est, ut dissolutio fiat cum spiritu vini: sed intentio quoque illius est, quod in hoc spiritu habeatur aliud menstruum resolubile, quia sine tali menstruo resolutio fieri non potest, & illud menstruum resolubile generatur solummodo ex genere metallorum: nam est vapor potentialis in omni corpore metallico, hoc est contingens duo extrema scilicet sulphur & Argentum vivum: atque ita aqua nostra est aqua metallica. Et quia retinet naturam duorum extremorum, ideo per menstruum nostrum resolutivum producitur in actum. Et quomodo menstruum obtineri possit quod sit unctuosum, humidum, sulphureum & mercuriale bene conveniens cum natura metallorum, cum quo etiam corpora nostra dissolvenda sunt artificialiter, declarabo hic claram practicam. Accipe acutissimam humiditatem uvarum, atque in ea distillata dissolve in aqua crystallinam claram põderosum corpus quod à Philosophis vocatur Sericon, de quo aqua fiat gummi, quod gustu assimilatur alumini quod à Raymundo vitriolum azotheum vocatur

Menstruũ resolutivum ex genere metallorum.

Modus obtinendi menstruũ resolutivum.

catu

atur. Ex hoc gummi igne lento extrahitur primo aqua debilis, quæ gustu nullam habet acuitatem non magis quam aqua fontis, & quando fumus albus incipit apparere, muta receptorium, & lutetur fortiter, adeo ut nullo modo possit expirare. Atque ita recipies aquam tuam ardentem, aquam vitæ, menstruum resolutivum, quod antea erat resolubile; hic est vapor potentialis potens dissolvere corpora, putrificare, etiam & purificare, dividere elementa, & exaltare suam terram in salem mineralem virtute sua attractiva. Et qui putant aliam esse aquam præter hanc de qua loquimur, errant in opere isto. Hæc aqua habet gustum acerrimum, & partim etiam fœtidum. Atque ideo vocatur menstruum fœtens: & propterea quod sit aqua valde aerea, ideo infra horam, postquam distillatur, * debet poni super calces. Quando vero superfunditur super calces prædictos, incipit ebullire: tunc autem si vas fuerit bene clausum non cessabit operari sine igne extrinsecus illi administrato, quousque exsiccatur in calcem: quare non debet apponi illius quantitas maior quæ vix sufficiat cooperire calces. Demum vero ultra progredere ad totum complementum illius, sicut in opere aquæ compositæ: & quando elixir reductum fuerit in colorem purpureum, dissolvatur cum eodem menstruo bene prius

* Fortassis, rectificatur,

rectificato in oleum, super quod figatur per circulationem spiritus aquæ nostræ, & tunc habet potentiam convertendi omnia corpora in aurũ purissimum, & sanare omnes infirmitates corporis humani, plusquam oẽs potiones Hippocratis & Galeni. Nã hoc est verum aurum potabile & non aliud, quod fit ex auro elementato & artificioso, quod fit per rotam Philosophiæ. Et si hoc elixir prædictum cum aere mercurii per se dissoluti, exaltati etiam & rectificati ita possit perfici, quod corpus auri per illud aurum sic elixiretur, Artista foret indagator operis preciosissimi. Atque ita in hoc capite nihil celavimus quod dictu esset necessarium, ut elixir desideratum fiat ex vegetabili. Nunc itaque in hoc capitulo, quod erit de lapide animali, breviter perficiemus hunc tractatum de medicina Alchimiæ, ne nimia prolixitas tædium gignat illi qui hæc lecturus sit: nam meo iudicio consentaneum est, ut opus trium dierum finiatur in hoc capitulo. Dignetur ergo Dominatio tua semper in his legendis colligere non verba, sed folia & fructus interim ignoscens ruditati scripturæ meæ atque huius operis, quod nimia festinatione à me dictum est, in quo legendo consideret dominatio tua virtutes, rei potentiam & non sermonis curiositatem.

Cap. III.

De Lapide minerali.

IAm eo pervenimus ut in hoc capitulo revelemus altiſſimum ſecretum lapidis animalis, quem pauperes & divites æque deſiderant, nempe intelligere quid ſit & quomodo elixirari debet: verum quia elixir non debet fieri neque ex vino in quantum eſt vinum, neque ex ovis, capillis & ſanguine, in quantum ſunt ova, capilli aut ſanguis, ſed ſolummodo ex elementis. Ideo inveſtigare debemus, ut illa habeamus in excellentia ſuæ ſimplicitatis & rectificationis. Nam *elementa*, ut dicit Rogerius Bacho in ſuo Speculo Alchymiæ, *ſunt radices & virtutes omnium rerum*, verum tamen elementa dictorum non intrant in hoc elixari niſi per virtutem & commixtionem cum elementis ſpirituum & corporum metallorum. Atque ita, ut dicit Rogerius Bacho, *intrant & perficiunt magnum elixir*: tamen jubet hæc ſumi naturalia. Invenitur aurum vivum magis excellens & naturale quam cætera omnia, quod Philoſophi acceperunt tanquam propinquiſſimum propter ſingularem perfectionem à Deo conceſſam mundo minori ſive microcoſmo, in quo ſunt ſigna curſuum & effectuum planetarum, ſignorum, ſtellarum, complexionum, humo-

Elixir minerale non debet fieri ex vino, ovis, capillis, &c.

Aurum vivum elixir minerale.

humorum, ſpirituum & naturalium virtutum. Quocirca conſidera nobiliſſimam avem, quæ incipit volare quando Sol eſt in Ariete, & ut quæras à ſua minera integra non corrupta per hominem martialem. *Hic eſt lapis noſter qui generatus eſt in terra ingenioſa*, ut dicit Ariſtoteles in ſecretis ſecretorum: dividendus eſt in quatuor partes, quia *unaquæque pars*, ut ille dicit, *habet unam naturam particularem*: quæ quidem partes iterum ſunt conjungendæ quouſq; non fuerit inter eos repugnantia: quæ quidem cũ ſimul coniunguntur, tunc duæ partes operativæ ſunt coniunctæ, videlicet aqua & ignis, Nam ſi aqua fuerit cum eo coniuncta, erit albus: ſi vero ignis, erit rubeus, ſi Deus voluerit: Sed intelligere debemus, quod hæc diviſio nõ ſit manualis. Quocirca hæc res, quam omnes homines habent phlegmate ſuo, quod eam ſupernatat aliquantulum evacuato, ponatur in Chemia, quæ bene ſigillata Philoſophice putrefiat longo tempore in igne humido in materiam nigram & ſpiſſam, tunc per ignem ſecundi gradus coaguletur in ſiccum poſt multas ebullitiones, quę facient ampulloſitates, in quibus infiniti colores euceſcent. Et quando illud totum, quod ſubtile eſt, aſcenderit ſurſum in vaſe albiſſimum ſicut oculi piſcium, opus eſt completum in prima parte. O res valde miraculoſa & magis miranda quam ullum mira-

Lapis noſter generatus in terra.

Diviſio elementorũ lapidis non eſt manualis.

miraculum naturæ. Tunc vero eadem ipſa materia alba habet naturam ſulphuris albi non adurentis,& eſt verum ſulphur naturæ,& congelat argentum vivum, ſi illi addatur quãtitas Lunæ in modum amalgamatis. Atq; idem ipſum operatur in rubeo ad rubeum, & fit elixir completũm ad rubeum cum maiore ignis contritione. Tunc vero ſi, ut volunt Philoſophi, hæc duo ſulphura, videlicet album & rubeum admiſceantur cum oleo elixiris albi & cum oleo elixiris rubei, ut poſſint fortius operari ſuper quantitates quintarum eſſentiarum lapidis vegetabilis, ſuper quas fixatur, habebitis ampliſſimam medicinam, tam ad ſananda corpora humana, quã metalla in puriſſimum aurum & argentum.

Jam vero intendimus concludere hoc tertium atque ultimum capitulum vno ſecreto hactenus reſervato, ut huic addatur. Dicimus igitur quod corpus ſpiritus volatilis fixum per ignem contra naturam debet diſſolvi in aqua vegetabili, hoc eſt, in noſtro menſtruo vaporabili, non tamen in aquam nubis ſed in aquã Phyſicam, in qua quidem diſſolutione ponderoſum fit leve, quia eius puriores partes & magis ſubtiles elevantur ſale & fecibus combuſtibilibus per virtutem aquæ attractivæ, * quæ eſt magis clara quam ſubſtantia margaritarum, quemadmodum ego vidi: atque hæc

Corpus ſpiritus volatilis fixum, diſſolvendũ in mẽſtruo vaporabili in aquam phyſicam.

* Aquæ vitæ.

ſubſtantia fermentata cum oleo Solis & Lunę fit magnum elixir ad tranſmutandum metalla. Sæpe etiam eſt diſſolvenda & coagulanda cum ſuis fermentis, ut poſſit melius operari.

Præterea ex prædicta ſubſtantia Mercurij elevata conficimus curioſas* margaritas. Atque ita tandem, his noſtro phyſico modo declaratis, iam aptum viſum eſt cum præſtantiſſimo lapide hunc pretioſum tractatum finire, quem à multis Philoſophis abſconditum Deus dignatus eſt nobis puſillis patefacere, cui ſit honor & gloria in ſempiterna ſæcula; Amen.

*Alias peculioſas

ORATIO AVCTORIS ad Deum.

O Lumen incompræhenſibile, glorioſum in maieſtate, cuius radiorum claritas offuſcat noſtra lumina. O unitas in ſubſtantia & triplex in Deitate, Hierarchij iubilei gratulans glorificatio. O miſericors animorum purificatio & pura perpetuatio, ex occurrentibus periculis qui nos eripis benigne, ex hac turbulenta valle vanitatis cælo infers. O potentia & ſapientia. O benignitas inexplicabilis, ſuſtine me quotidie, ſiſque meus gubernator, ut nunquam tibi vita mea diſpliceat, ſed potius tibi obediam tanquam fidelis profeſſor. In meo principio, bone Deus, audi preces meas, virtute tuæ gratiæ adauge voluntatem meam: da ſimul

mul ut possim voluntatem tuam absolvere. O scrinium excellens & abundans omni thesauro, tu es à quo omnis bonitas largissime manat ad homines atque ad quamlibet creaturã: digneris igitur tueri opus tuæ potentis dextræ, ne tempus nostrum in vita teramus inutiliter. Concede sine fraude, ut victum nobis comparemus, ne in periculum grande peccatorum incurremus. Et quandoquidem nos tua de causa renunciavimus nostræ voluntati, mundo & concupiscentiis eius: tanquam proprium & spontaneum professorem me recipe, cum ex te solo dependeat nostra fiducia tota, ulterius non possumus, nos tibi submittamus oportet, oculos tuos thesauros dignare nobis detegere. Ostende nobis tua abscondita, nobisque sis benignus. Inter alios, qui te professi sunt, me ipsum offero cum humili submissione orantem, ut tuus servus possim esse vita integra, non aliena à mea professione: deprecor Domine ut mihi velis ignoscere, famulis tuis fidelibus si tua secreta aperuero. Amen.

FINIS.



CANONES DECEM DE LAPIDE Philoſophico Auctoris incerti.

QVIBVS RECTE INTELLEctis, non exiguus patebit filio artis ad optatum finem aditus.

CANON I.

LApis, qui quæritur, unus eſt, medicina unica nec plures eſſe poſſunt.

II.

Materia rei, ſive lapidis unius, itidem unica nec multiplex eſt, nec in alia re totius mundi illa potentia propinqua invenitur, nec itidem in alia re illud ſecretum reperitur, nec habet ſui ſimilem in toto mundo,

III.

Continet tamen in ſe plures præcipue: ſed hypoſtaticas tamen duas, Inferiorem & Superiorem, imo ſuo diverſo reſpectu, tres, quatuor & quinque.

IV. Illa

I V.

Illa res quoque ſuo reſpectu eſt Omnia, & continet Omnia, eſtque ſuper Omnia ſublunaria: Et itidem alio reſpectu, Nihil eſt, quia eſt Hyle, ſive de Chao & ſemine mundi, multam habens benedictionem.

V.

Vnica illa materia, eſt Materia prima omnium metallorum, non factorum, ſed fiendorum: unde nec animalis, nec vegetabilis, nec mineralis eſt, ſed catholica & univerſalis, neutiquam autem ſpecifica. Et eſt terrena Aqua, & Aquoſa terra, in Terræ ventre, terræ commixta, cum qua ſe commiſcet Spiritus & Quinta eſſentia ſive cæleſtis influxus.

V I.

In forma tamen externa cum mineralibus convenit, & cernitur ex mineris, qua de cauſa Naturalis nec Artificialis eſt, ſiquidem à Natura ipſa præparatur.

V I I.

Et quemadmodum eſt unicus lapis & unica materia, ſic etiam eſt unica præparatio, quæ omnino Naturam imitatur, quantum poteſt: Et ſane Naturæ operatio Artificis norma eſſe debet.

V I I I.

Et quemadmodum Natura ex illa materia

vapo-

vaporem quendam ſuſcitat, qui vapor in mineris incluſus in purum locum deveniens, virtute minerali ſulphurea pura, in metallum purum congelatur & fixatur longo temporis ſpatio: ſic etiam præparatio iſta dividitur in duas partes, quarum prima naturalis ſuo reſpectu, & artificialis alio modo. In qua ſpiritus iſte mundificatus, aqua illa vere permanens cum corpore ſuo in quintam eſſentiam redacto congelatur & fixatur: vt verum ſit quod Philoſophi dicunt. Totum opus in ſolutione & congelatione conſiſtere: unum tamen opus in plures expandi poteſt diverſo reſpectu.

I X.

Natura tamen adiuvanda eſt, tum adminiſtrando ignem externum, movendo tamen internum, tum adminiſtrando Mercurio phyſico, aut perfecto in humido, aut pluſquam perfecto in ſicco: fermentum totam maſſam in ſui naturam convertens.

X.

Et ante fermentationem tamen eſt catholica ac univerſalis vere, & in omnia ſublunaria agit univerſaliter & catholice. Poſt fermentationem autem eſt ſpecifica ad naturam metallicam.

Epilogus totius rei hic eſt.

Vnicus eſt lapis, unica materia, quæ eſt prima omnium metallorum, præparatio ſaltem unica,

unica, à qua ſi quis aberraverit, ſcopum non attinget. In duas operationes diviſa, ſolutionem ſcilicet & congelationem. Et eſt vere univerſalis ante fermentationem, poſt eam ſpecifica. Benedicta ergo ſit illa res, & benedicta ſit eius operatio, per Ieſum Chriſtum. Amen.

Quot hic ſunt verba, tot fere momenta rerum & myſteria, in quibus vulgaris oculus caligat. Lege, relege; & relecta placebunt. Intelligenti pauca: invido nihil.

F I N I S.

H E-



HELIÆ MONACHI FRANCISCANI SPECVLVM ALCHYMIÆ.



T ad perfectam ſcientiam pervenire poſſimus, primitus opus neceſſario eſt ſcire tres eſſe Lapides, tres quoque ſimiliter ſales, in quibus totum noſtrum magiſterium conſiſtit, ſcilicet mineralis, vegetabilis & animalis. Et tres ſunt aquæ, ſcilicet Mercurii, Solis & Lunæ. Et Mercurius eſt minera: Luna eſt planta, quia non recipit niſi duas virtutes, ſcilicet albedinis & ſiccitatis, ſcilicet conſtrictionis. Sol vero eſt animal, quia recipit tres virtutes, ſcilicet albedinem conſtrictivam, ſive ſiccitatem & rubedinem: & vocatur animal magnum: & ſal armoniacus fit ex eo. Luna vero vocatur planta: & ſal alkali fit ex eo. Et Mercurius vocatur lapis mineralis: & ſal minera-

neralis; ſal commune fit ex eo. Commune vero dicitur ex eo, quia omnibus metallis commune eſt.

Fili chariſſime, ſcias volo hanc ſcientiam nil aliud eſſe, quam Dei perfectam inſpirationem: & totum magiſterium noſtrum ex una & in una re conſiſtere. Sciaſq; ſecundũ quod nos vidimus ac tetigimus, illam rem non niſi cum magnis laboribus, magnaque animi induſtria ad albedinem ſive ad rubedinem poſſe deduci; quod ſola experientia nóbis divina gratia datum fuit. At cum magna inveſtigauerimus, non aliam, in qua perfecta conſiſteret perfectio, uſque quo voluimus, quantum ad veram tranſmutationem metallorum, perfectamque argenti vivi coagulationem, nec in aliqua re, potuimus perfectam invenire perfectionem, quin contingeret totum corrumpi ac denigrari penitus: ſed illam ſolam, unicam & perfectam invenimus, poſtquã per noſtrum magiſterium eſt ad veram fixationem deducta, omnia quæ tangit ad veriſſimum complementum ducit ſine ulla diminutione, ſecundum quod per noſtrum magiſterium fuerit præparata. Et ſcias quod quando fuerit præparata ad album, adhuc non eſt completa, loquendo de vera completione ſive perfectione. Nã licet perficiat ad perfectionem lunificam, non ob id dicitur perfecta: ex eo, quia Luna non

habet perfectionem perfectam in omni iudicio, & per gradus non est perfecta in verissimo complemento: sed quando perfecta est ad rubeum, tunc dicitur perfecta in omni judicio.

IN QVO ALBA MEDICINA *à rubea differat.*

Alba vero medicina à rubea non diversificatur nisi quod huius generis medicinæ præparationi sit additamentum sulphuris nostri non adurentis, per modum figentem & calcinantem cum astutiæ industria, cum multa reiteratione administrationis perfectæ, atq; per modum solutionis multiplicē, quousq; mundum fiat. Sciasq; quod illa administratio per sublimationem perficitur, ut magister ille ma-
Cap. 54. Sum. perf. gistrorum Geber in suo libro satis perfecte probavit & descripsit.

QVI AD HVIVS SCIENTIAE *cognitionem pervenire digni sint, & potissime valeant.*

Non enim ad huius scientiæ cognitionem quis pervenire poterit qui ingenium naturale, animam agilem subtiliter scrutātem, primum & naturæ fundamenta habuerit. Oportet ipsā naturam, in quibus possumus, imitari: nam aliter huius preciosissimæ scientiæ cognitionem habere impossibile credas oportet. Sūnt enim aliqui

aliqui qui commumem ſolum intelligunt viam, igitur operationes ſive vas, ut reperiunt, inſequuntur: & nil invenientes, noſtram ſcientiam pretioſiſſimam damnant. Invenimus enim multos animam fragilem habentes, qui quotis diebus gloriantur ſe aliam viam à natura veram inveniſſe, quod fantaſticum crede: quia à principiis naturalibus remotum. At tu ſolum intellige Gebri dicta: dicit enim, *Lapis noſter unus eſt, medicina una, in qua totum conſiſtit magiſterium, cui rem extraneam non addimus nec minuimus, niſi quod, quæ in præparatione ſuperflua ſunt, removemus.* Sapientes multis nominibus lapidem noſtrum precioſiſſimum nominarunt, ut qui de numero Philoſophorum non exiſtunt, immò potius derident, cum non intelligant, quod ſit res una: cum potius credant eum ex diverſis rebus confici: Philoſophi autem credunt eſſe unam rem ex multis rebus ſcilicet ex quatuor elementis; & hoc totum eſt verum. Nam licet ſit una res unitate individuali, tamen hoc ſtat, quod ſit ex quatuor elementis, Quia natura eius prima eſt calida & humida, & hac de cauſa nomen Aeris ſibi vendicat. Secunda eius natura eſt calida & ſicca, quapropter nomen Ignis adſociavit ſibi. Tertia eſt frigida & ſicca, & hac ratione nomen Terrę ſibi adſcivit. Quarta eſt frigida & humida, ex quo nomé

Capit. 7. Sum. perf.

Aquæ ſibi adpropriavit: & hoc totum eſt in lapide noſtro: ex quibus omnibus omnes res huius mundi fuerunt creatæ per Dei potentiã. Qui autem hoc ſecretum ignoraverit, ceſſet ab opere donec id cognoſcat, quum lapis noſter habeat & contineat in ſe omnes illas qualitates: propter quam rationem Philoſophi omnibus nominibus iſtius mundi lapidem noſtrum nominaverunt. Et inde ſecundum eorum diverſas intentiones diverſos poſuerunt operandi modos, & in diverſis rebus: tamen ſecundum eorum intentionem verum dixerunt. Scias tamen quod illorum intentio fuit recta & perfecta atque clara intelligentibus: & è converſo obſcura nõ intelligentibus. Vnde dixit magiſter magiſtrorum in ultimo cap. ſui libri: ubi dicit: *Nobis ſolis artem per nos ſolos inveſtigatam tradimus & non aliis, veriſſimam tamen & omnino certam. Solum igitur prudentes ad artem allicimus, & per ingenia à nobis tradita, viam inveſtigationis eius demonſtravimus.* Subſequenter dicit, quomodo Philoſophi ſolum inquirendi modum deſcripſerunt, non autem eam inventam niſi ſolis nobis ſcripſimus, niſi inventionis modum & medicinarum ingenia. Propterea exerceat ſe bonæ mentis artifex huius

Cap. 100. Sum. perfect.

veram vel non vanam intentionem

veram aliter non.

INTENTIONES QVORVN-dam Philoſophorum.

Fuerunt enim aliqui Philoſophorum, qui eum in ſpiritibus poſuerunt, & dixerunt ipſum eſſe in argento vivo; qui ſecundum eorum intentionem verum dixerunt: nam aqua noſtra argentum vivum eſt. Et qui per argentum vivum ſolum noſtrum perficere poterit, pretioſiſſimę artis indagator erit. Aliqui in ſulphure; qui etiam verum dixerunt: nam aqua noſtra ſulphur eſt, quia ſulphur in ſpiritibus continetur. Lapis non vere eſt ſulphur noſtrũ non urens, ſed Mercurium in aurum & argentum convertens, ſecundum quod per eorum naturam magiſterium fuerit præparatum. Aliqui in arſenico, & verum eſt: quia qui non poſſunt extrahere oleum à Mercurio, abſtrahunt ipſum ab arſenico noſtro. Alii vero in ſale armeniaco, qui etiam à vero non deviarunt: nam ſal armoniacus noſtram coniungit animã cum corpore inſeparabili coniunctione. Alii vero in ſale communi, & in diverſitate aliorum ſalium. Alij in atramento. Aliqui in marcaſita. Aliqui in mineralibus. Alii in corporibus metallicis. Alij in aluminibus. Aliqui in tutiis. Alii in vitris. Alii in boratiis. Alii in fecibus. Alii vero in lapidibus pretioſis. Aliqui in ovis. Aliqui in carnibus. Aliqui in ſanguine.

Aliqui in capillis. Alii vero in omnibus rebus huius mundi eam posuerunt, qui secundum eorum intentionem verum dixerunt: nã quilibet in verbis celando lapidem dissimulant universa, tamen quæ lapidi nostro necessaria sunt, exprimunt particulariter. Et hac de causa ipsi Philosophi non scripserunt libros suos nisi suis filiis, eorũ certe dico filiis, qui sua dicta intelligunt & qui in debita materia operantur quãvis rarissimi, cũ eorum intentio secundum literã minime intelligatur, & sic talis intentio nihil prodest. Operari aũt secundum literã est destructio divitiarũ: Et ideo dicit Geber, *Si in operando æs tuũ amiseris, nos non iniq; corrodas, sed tuæ imputes imprudẽtiæ: scientia etenim nostra magnas nõ requirit impensas.* Sunt.n.quidã cæci sola sublimatione edocti, qui se doctos arbitrantur & nil intelligunt, Alij tantũ distillare, alii calcinare, alij tantũ dissolvere & coagulare, descendere & fixare, & sic hoc solo arbitrantur totum magisteriũ cognoscere, qui in fine decepti per mundum vagantur, quoscunq; ut possunt decipiendo, & eorum occasione ac deceptionibus multi nostram preciosissimam scientiam falsidicam dicunt.

Cap. 7. Sum. perf.

INTENTIO AVTORIS QVARE *hunc composuit librum.*

Ego autem ad eorum falsos exstirpandos errores hunc tractatum composui, ut docti ac

nostræ

noſtræ precioſiſſimæ ſcientiæ filij ſibi gloriam & honorem nãciſcantur perpetuam. Declarabo igitur Philoſophorum dicta, quæ aliqui inepti ſecundum literam tantum expoſuerunt, tamen ne illorum deriſione taxer, duplici modo, modũ hujus ſanctæ ſcientiæ tractabo ſyncere, ſc. nõ nimis claro, nec ſimiliter nimis occulto, ſed duntaxat ut prudentes intelligant, ignari vero taceant: nec hæc ſcientia Philoſophorum eſt ſolum, & non omnium, ſed ſanctiſſimorum tãtum. Dico ergo quod operatio noſtra ex una ſola re fieri conſuevit, nec ſibi aliquid addunt Philoſophi, nec diminuunt, niſi quod in præparatione ſuperflua demant; vocantque illam rem Azoth.

SEQVITVR DIALOGVS AVTORIS inter Diſcipulum & Magiſtrum.

Diſcipulus.

O bone Magiſter, rogo te ut hoc ſecretum mihi apertius aperias: & ſimiliter in quo loco inveniatur: & an vili aut caro venundetur pretio?

Magiſter.

Sapientiſſime fili, dixi tibi, quod in vna ſola re ſine adjuncto totum magiſterium noſtrum perficitur. Tum ubi inveniatur: ſcias, quod lapis noſter in duobus montibus invenitur. Quem ſi perfectiſſime invenire deſideras,

aſcende in altiorem totius mundi montem, nam illic lapis noſter eſt abſconditus. Tertio quæris, an ſit vilis aut magni pretii? Ad quod reſpondetur, quod tam divites quam pauperes eum habere poſſunt: nam in vijs proiicitur. Certiſſime ſcias quod omnis res quæ magno emitur pretio, in huius operis artificio mendax & inutilis reperitur.

Vili pretio ad complementum magiſterii pervenit.

Geb.c.7. Sum. perfect.

Diſcip.

O magiſter audivi, ac ex Philoſophorum dictis percepi totam ſubſtantiam poſſe perfici ſolo mercurio.

Magiſt.

Optime dicis fili ſapientiſſime: nam ex ſolo noſtro mercurio noſtrum magiſterium perficitur. *Laudetur ergo Deus ſummus rex, creator optimus, qui creavit illud, & dedit illi ſubſtantiam, & ſubſtantiæ proprietates, quas non contingit ullam ex rebus poßidere in natura, ut in illa poßit inveniri hujus perfectionis artificium, quod in ipſo potentialiter invenimus. Ipſum enim eſt quod ignem ſuperat, & ab eo non ſuperatur, ſed in eo quieſcit amicabiliter congaudens.*

Geb.cap. 63.Sum. perfect.

Diſc.

O magiſter paulo ante dixiſti, quod, ſi verum lapidem Philoſophorum deſiderarem, aſcenderem in altiorem huius mundi montem, in quo lapis noſter eſt abſconditus, quem vocaſti argentum vivum: Ego autem ſemper audivi

audivi argentum vivum in cavernis terræ, aut cloacis antiquis, aut capitibus mortuorum, non in montibus inveniri.

Mag.

Scias fili Philoſophos nunquam intellexiſſe argentum vivum vulgare eſſe lapidem noſtrum Philoſophicum: hoc enim credere vanum eſt, quod teſtatur magiſter magiſtrorum Geber in capit. De principiis noſtri magiſterii, ubi dixit: *Conſideratio vero rei quæ perficit, eſt conſideratio electionis puræ ſubſtantiæ argenti vivi, & eſt materia, quæ ex materia illius aſſumpſit originẽ, & ex illa creata eſt. Non eſt autem iſta materia argentum vivum in natura ſua, nec in tota ſua ſubſtantia, ſed eſt pars illius: non eſt autem nunc, ſed cum lapis noſter factus eſt. Ipſe enim illuſtrat, & ab aduſtione conſervat, quod perfectionis ſignificatio eſt.* Ergo argentum vivum Philoſophorum non eſt argentum vulgi in cavernis inventum. Nam conſideratio puræ ſubſtantiæ noſtri argenti vivi traxit originem, quum ſit aqua quæ eſt materia noſtra in materia argenti vivi vulgaris, tamen non eſt illa materia noſtra in materia argenti vivi vulgaris, nec in tota ſua ſubſtantia, licet ipſa ſit pars eius in eius compoſitione: eſt ratio, ut dictum eſt, quia argentum noſtrum illuſtrat & ab aduſtione conſervat: argentum vivum vulgi denigrat, & ab igne fugit, quod eſt ſuæ imperfectionis ſignificatio: *Cap. 38. Sum. perf.*

propter quod multi ſunt in ſuis operationibus decepti. Nos autem non appellamus illud argentum vivum, ſed fugitivum: nam ſemper ab igne fugit, niſi cum argẽto vivo noſtro exſtinguatur. Sed qñ cum illo iungitur, quieſcit in igne amicabiliter & gaudens gaudet cũ natura ſua, & non cum extranea. Eapropter dixit Geber: *Cui rem extraneam non addimus, ſed ſuperfluũ removemus.* Vide ergo qualiter ruſtici iſtorũ veram cognitionẽ habere potuerunt, quum ſapientes Philoſophi vix cognoverunt: Oportet enim hominẽ divinum eſſe, & non minus Philoſophũ. Dico quod rota retrograditur: doleo tamen me tantum dixiſſe. Scias tñ quod tota perfectio cõſiſtit in regimine Ignis: & ibi jacet totum arcanum. Lapis vero noſter in pluribus locis invenitur: eſtque res viliſſima: pauci ſunt qui eum non habeãt & nullus eum cognoſcit. Diverſiſq; nominatur nominib. & ob id multi ſunt decepti. Sed qui perfecte hunc perſcrutabitur librũ, ſi aſtutus fuerit vix errabit. Multi etenim hãc ſcientiã in ſpiritibus, alij in corporibus, ut jam dictũ eſt, poſuerũt & diverſis nominibus nominaverunt, ac diverſas habuerũt operationes & intentiones ſecundũq; ignari operantur, tñ ſecundum noſtrã intentionẽ, unã ſolã rem, & unã ſolam viã linearẽ intenderunt. Sed q; variis nominibus nominaverũt, hoc fit, ut quando eſt in vaſe, quanto magis novos co-

Capit. 7. Sum. perf.

lores

lores innovat, tãto magis variis nominetur nominib. Eapropter nõ est mirũ si multi sunt decepti, credentes intelligere Philosophorũ dicta, ut diximus, & maxime librũ qui dicitur 70 sunt enim 70. libri de hac sciẽtia sub figura positi: Nã Philosophi non nisi suis filiis suos scripserunt libros, ideo multi decipiunt in librorũ interpretatione. Præcipue in illud Geb. in cap. De medicinis tertij ordinis dicens: *Est aũt huius ordinis medicina duplex, sc. Solaris & Lunaris. Est tamen in essentia una, & agendi modo similiter: & ideo unica medicina nuncupatur à nostris veteribus, quorũ scripta perlegimus, &c.* qui multũ tractavit scientiam nostrã. Nam sua totalis intentio fuit in argẽto vivo Philosophico, & nõ in argento vivo vulgari. Eapropter dixit: *ubi magis occulte, ibi magis aperte, &c.* Nũc aũt ad illud verbũ, in quo tantam dilucidant sciẽtiã, accedamus. Quod dixit de medicinis tertij ordinis: *Est aũt additamentum, citrinatio colorũ; quod sulphure fixo Philosophico perficitur:* hoc autem est ꝙ argento vivo & corporibus adhæret. Ecce totũ arcanũ. Ergo illã solam rẽ corporibus & argento vivo adhærentẽ considera, & habes totũ arcanũ per Deũ verum. Est aũt adhærere, ne erres cũ fatuis, credentes ꝙ argentũ vivum vulgi adhæret corporibus, quod est falsum. Putant. n. Gebrum intelligere, vid. ꝙ substantia argenti vivi vulgaris præparanda sit, quando ait: *Quum in rebus secretis*

Cap. 84. Sum. perf.

Cap. 39. & 74 Sum. perfect.

cretis acquirendis non invenimus inventione nostra vera rem aliam magis quam argentum vivum corporum naturas imitari,&c. Non enim dixit, quod adhæreat corporibus; cuius verba notes. *Propterea hoc opus nostrum in illo impendentes, ipsum esse vere sine aliqua falsitate reperimus veram alterabilem corporum medicinam in complemento solari vel lunari, secundum quod materia fuerit præparata cum vera alteratione.* Hoc autem Geber totum dicit de argento vivo nostro philosophico, quia ipsum solum adhæret corporibus, & nihil aliud à Philosophis est inventum, quod corporibus adhæreat, nisi ipsum argentum vivum philosophicum. Nam argentum vivum vulgi non adhęret corporibus, quod patet per experientiam. Nam si argentum vivum vulgi iungitur cum aliquo corpore, argentum vivum manet in sua propria natura, aut recedet, aut vertet ipsum corpus & naturam suam. Ideo non adhæret corporibus, imo corpora adhærent ipsi; quapropter multi in eo operantes decipiuntur: quia Lapis non est argentum vivum occidentale, quod pętulit se auro & vincit illud: estque illud quod occidit & vivificat. Scias igitur quod argentum vivum coagulatum est pater omnium mineralium huius nostri magisterii, & est corpus & spiritus.

Geb. capit. 39. & 74. Sum. perf.

Disc.

Quomodo corpus & spiritus hæc contradicunt in uno & eodem ? *Mag.*

Mag.

Nonne audivisti, quum posui argentum vivum inter corpora quando dixi: Sunt aliqui Philosophi, qui eum posuerunt in corporibus, sicut in Sole, & Luna & Mercurio, sc. Philosophico & Marte, &c. Satis igitur tibi sit argentũ vivum vulgi non esse lapidem nostrum philosophicum. Quapropter quære argentum vivum nostrum, & habes quod desideras.

Disc.

Magister tu dicis, quod argentum vivum Philosophicum est corpus & spiritus, hoc quidem ænigma nunc altissimi gratia intelligo: Propterea videre possumus illos in eo nominare lapidem nostrum, videlicet quando est in prima sua operatione, quia tunc post putrefactionem vocatur Magnesia Philosophica: & videtur mihi quod sit suum nomẽ proprium.

Mag.

Certe fili charissime verum dixisti, & suo proprio nomine nominasti, videlicet quando lapis est in sua prima operatione: quia tunc post putrefactionem vocatur Magnesia, & quando est in putrefactione, tunc vocarunt aliqui Philosophi Saturnum.

Disc.

Magister, si in tuum bene cesserit animum, principia huius magisterii nobis demonstra.

Mag.

Mag.

Adverte igitur dilectissime fili doctrinæ. Accipe corpus quod superius demonstravi, & illud in laminas tenues coapta. Demum pone in vase philosophico, claudēdo os eius optime ne respirare possit, & assa igne leni donec constringatur. Et ita teneas in igne more solito donec tota substantia sit fixa, sic ꝙ nihil ascendat, ꝙ conspicere potes: Tunc cōpleta erit vera putrefactio. Et scias ꝙ hæc est prima dispositio, quæ vocatur sublimatio, sicut dicit Geb. Nam

Cap. 99. Sum. perf. *totius operis summa est, ut sumatur lapis in capitulis notus. Demū cum operis instantia aßiduetur, super illud opus sublimationis primi gradus: & per hoc mundatur lapis à corrūpente impuritate, & est sublimationis perfectio, ut cū ea sublimetur perfectißime lapis, donec in ultimam sublimationis puritatē deveniat.* Vnde scias fili ꝙ in sola sublimatione cōpletur totū magisteriū. Hoc vobis præcipit Hermes dicēs. *Sublima subtile à spisso, suaviter cū magno ingenio, ascendet à terra in cœlū, iterūq; descēdet in terrā, & recipiet vim superiorū & inferiorū, sicq; habebis gloriā claritatis totius mūdi: & fugiet à te omnis obscuritas & indigētia.* Ergo in sola sublimatiōe totū magisteriū consistit. Tum quoq; scias ꝙ secundū materię nostrę purgationē vel pręparationē in prædicta sublimatiōe finē invenies. Sic ꝙ si fuerit argētū vivū impurū, aut sulphur impurum sed adurens, in ꝓiectione convertet

corpus

corpus perfectũ vel imperfectũ. Quod si è cõverso, sc. si materia fuerit pura, ꝓiectio similiter erit pura & pfecta: ꝙ certum est, & patet ꝙ ibi tota jacet pfectio. Et scias quod tota perfectio metallorũ cõsistit in corpore philosophico, ex quo, si perfectũ habere queris, opus est ut sit pfectũ & purũ: nã sulphur extraneũ est ipsa corruptio metallorũ. Nec omnia ex dictis Gebri eliciũtur: *nã ponit duplicẽ sulphureitatẽ fore in corporib. imperfectis; Vnã quidẽ in profundo argenti vivi inclusam, ubi tota metallorũ perfectio cõsistit: hæc vero sulphureitas fuit in principio suæ mictionis. Alterã vero supervenientẽ* & extraneam sua natura corruptibilem, *quæ cum maximo labore tollitur: alia vero nullius artificis ingenio tolli potest:* quia sulphureitas extranea combustibilis ignis calcinatione deletur, sulphureitas vero radicalis minime: nam est integerrimę perfectionis. Sulphur vero philosophicũ tã album quã rubeum habetur ab una materia ad plenũ depurata, modo tamen digesto digesta & cocta. Ideo dicit magister magistrorum: *Quod album & rubeũ ex una radice, nullo alterius generis corpore interveniẽte pullulant.* Et alibi: *quod enim argento nostro inest sulphur album, sic in omni auro nostro inest sulphur rubeum:* quamvis tale sulphur, ut dicit Avuicẽna, non inveniatur super terram, nisi quod in istis nostris corporib. existit. Eapropter corpora subtiliter pręparamꝰ, ut sulphur Philosophicum & argentũ vivũ ex illa materia habeamus.

Cap. 44. Sum. perf.

Disc.

Ego ſemper, honorande præceptor, in his, ſi alia non utaris declaratione confundor. Nam dixiſti, Recipe corpus quod tibi demonſtravi, & illud in laminas tenues coapta: non enim credebam, quod ex lapide noſtro poſſemus formare tabulas, cum dicis, quod ſulphur eſt perfecta materia.

Magiſt.

Fili chariſſime ſcito hoc totum à me eſſe probatum & omnino tenere veritatem: nam lapis noſter eſt dolabilis & inſonabilis: Eſtque toxicon mortificans omnia corpora: eſtque plumbificus & coagulat Zayboth odore ſuo: & eſt medicina omnium corporum tam ſolutorum quam mortuorum: & eſt examinatio eorum, ut dixit Maria ſoror Moyſis.

Disc.

Domine nondum verba tua perfecte percipio: nam dicis lapidem noſtrum toxicum eſſe, omnia corpora mortificans. Si enim omnia corpora mortificat, quomodo inde vivificat, ut ad perfectam ſanitatem deveniat?

Mag.

Scias volo, diſcipule, lapidem noſtrum ante noſtram præparationem eſſe toxicum, quia omnia corpora imperfecta deſtruit: tamen per noſtrum magiſterium devenit tyriacus, omnia corpora imperfecta ab eorum leproſitate ſanans

nans

nans. Eapropter à Philoſophis antiquis medicina perfecta dicta eſt, cum per noſtrum artificium corpora ſanat imperfecta.

Diſc.

Nunc ſcio vere quid eſt lapis, & ex quibus conficiatur, doce me præceptor illius diſpoſitionem ac praxim.

Mag.

Gaudeo ſuaviter diſcipule te prædicta intellexiſſe, nunc vero hiſce cognitis, diſpoſitiones promulgabo. Accipe igitur Latonem, quẽ ſuperius diximus cribratum, & pone ad ignem Philoſophicum in vaſe philoſophico, & non igne forti, & leniter aſſa donec materia eius ſit fixa, & color eius mutetur in violaceum. Et ſcias quod multi colores apparebunt, & tunc oportet ſapientiſſime ignem regere, ne ſit nimis violentus: ignis enim fortis omnia diſſipat, ſuavis vero & lentus ad ſanitatem perducit & bonam generat ſubſtantiam. Notes igitur præcipuum praxis ſecretum fore in regimine ignis, & ſimiliter vaſis obturatione: nam ſi os vaſis non fuerit optime clauſum, ſubtiliſſimi fumi recedent, & totum magiſterium annullabitur.

Diſc.

Hæc jam ſatis prænotavi, ſed quæ & quot ſint diſpoſitiones, declares oro.

Mag.

Scias fili chariſſime, ſeptem eſſe diſpoſitiones huius magiſterii. Prima vocatur ſublimatio, ſecunda calcinatio, tertia ſolutio, quarta ablutio, quinta ceratio, ſexta coagulatio, ſeptima fixio: fuerunt enim aliqui, qui ablutionem diſtillationem & deſcenſionem dixerunt; ego vero ita duo pono in ablutione: nam quando aqua noſtra in ablutione terrę aſcendit in altũ, dixerunt tunc diſtillationẽ: & quando in terrã deſcendit, dixerunt tunç deſcenſionem; & ſic poſuerunt novem operationes, ut ſcientia eſſet magis atque magis obſcura: tamen quidam optimi philoſophi in ſeptem tantum diviſerũt claves Hermetis triſmegiſti, qui dixit: *Verum ſine mendacio*, &c. *Pater eius eſt Sol, mater eius Luna. Portavit illud ventus in ventre ſuo, &c.* Vere aqua noſtra abluit ſordes de terra noſtra. Et Sol noſter eſt adiutor, Luna vero noſtra mundatrix veræ operationis noſtræ: cum iſtis paulatim mundatur ab omni nigredine & obſcuritate: quia in noſtro lapide Sol & Luna ſunt virtualiter non autem viſibiliter, ſed tamen per ſcientiam ſeptem operationum & clavium effectus eorum viſibiliter demonſtratur.

Diſcipulus.

Nunc ad tertiæ clavis ſive diſpoſitionis dilucidationem venias.

Mag.

Mag.

Tertia diſpoſitio eſt, ut accepto Azoth ſuperius dicto, & bene cribrato ac calcinato ponas ipſum ſuper ignem noſtrum philoſophicū ad ſolitum in vaſe philoſophico bene obturato, & fac quod totum ſolvatur leniter aſſando. Quod cum ſolutum fuerit, vocatur aqua vitæ & aqua perpetua, & ab aliis multis nominatur nominibus.

Diſc.

Domine, quid eſt Azoth?

Mag.

Fili, ſcias quod Azoth eſt lapis philoſophorum. Tu certe coque illum igne leni, ita quod terra noſtra bene abluatur, & in colorem cinericeum vertatur, tendens quaſi ad citrinitatem cum multis guttis rubeis. Tunc certe ſcias te recta deambulaſſe via. Et hoc totum ſtat in tertia diſpoſitione.

Diſc.

Præceptor, dic mihi quid ſit Azoth: nam huiuſmodi vocabulum eſt mihi incognitum.

Mag.

Chariſſime ſcias quod Azoth eſt terra rubea in fine noſtri operis, vel quaſi ad rubedinem tendens.

Diſc.

Intellexi modo, quid ſit Azoth: multi

enim Philoſophi dixerunt, quod debemus ipſum nominare lapidem in noſtris libris: nam Azoth abluit ſordes à Latone: & Laton & Azoth ſunt inſimul & nunquam ſeparantur, imo ſemper manent conjunctim. Sed propter diverſitatem colorum apparentium & ſeparantium Philoſophi ipſum nominibus diverſis nominaverunt. Et ſecundum quod colores variantur, clara impoſuerunt nomina. Nam Azoth ſecundum Indiacos: & aurum ſecundum Herminos, argentum ſecundum Alexandrinos & Macedonenſes, ferrum ſecundum Græcos, Mercurius ſecundum Hebræos, ſtannum ſecundum Arabes, Saturnus ſecundum Romanos, & ſic diverſis nominatus eſt nominibus. Ego autem dico, ut nullus errare poſſit, quod unum habet ſibi proprium nomen, ab omnibus vulgariter nominatum: & quilibet lapidem cognoſcit, & per Deum viventem habere eum omnes poſſunt, quem in hoc meo libello palam nominavi ſecundum ruſticos Vittium, addita L & O, & ſic inter ſocios erit ibi magna quæſtio. Et qui præſentem hanc quæſtionem intellexerit, ſciet lapidem Philoſophicum.

Diſc.

Ad quartam tranſeamus diſpoſitionem.

Mag.

Quarta diſpoſitio eſt, ut accipias Azoth philo-

philoſophorum. Et pone in leone noſtro firmiter clauſo, & colloca in ſole noſtro, vbi totum ſolvatur; & cum ſolutum fuerit, pone ad ſolem, donec totum coaguletur in pulverem rubeum, & tamdiu tene ipſum ad ſolem prædictum, donec nihil aſcendat, & tunc fixum erit: Quo bene fixo, vocatur Zarmet philoſophorum, quod eſt auripigmentum Arabicè, non tamen intelligas auripigmentum vulgi (nam illud non intrat magiſterium noſtrum quoquo modo, valet tamen ad dealbationes & res ſophiſticas) ſed auripigmentum philoſophorum, quod ſuperius lapidem diximus. Vides ergo quomodo propter colorum diverſitatem variis nominibus appelletur.

Diſc.

Magiſter, huius regimen me docere non dedigneris precor.

Mag.

Iubeo te accipere occultum & honorabile arcanum, quod eſt Aes noſtrum bene purum, aereum & mundum, demum in ſuo vaſe colloca ſapientiſſime, & os claude diligenter, & ora Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut tibi tantum concedat bonum. Demum coque paulatim extrinſecus, tunc inſpice, & ſi factus ſit niger, bene rexiſti; quæ nigredo manet per quadraginta vel quadraginta duos dies ad plus, poſt in diverſos colores variatur, donec

ad perfectam albedinem devenerit, qua habita, non variatur, donec ad perfectionem rubedinis pervenerit.

Disc.

De quinta nunc tractes dispositione.

Mag.

Quinta dispositio, est ut accipias Mercuriũ, quem superius dimisimus. Et pone ad solem nostrum, & fac quod Mercurius dissolvatur, & ablue terram separando partes subtilissimas, quas serva, ne fugiant per violentiã ignis, nam totum destrueretur magisterium. Sunt. n. in eo quidam venti, qui si fugerint, totũ annullatur, quare opus est morari prope vas leonẽ, id est, vas vitreum, & sic dimitte stare in dicto leone nostro ad solẽ nostrum, donec figatur & nihil ascẽdat, sed in pulverẽ rubicundissimũ vertatur. Et hoc totũ fiat leniter assãdo, & scias quia tunc vocatur Kybryc, sci. sulphur philosophorum, non . n . intelligas de sulphure vulgi, quãvis sit tinctura rubedinis & albedinis in sophisticationib. cũ maximo labore, in fine aũt nihil valens. Sulphur aũt nostrum philosophicum nunq̃ per se nisi cum sua uxore invenitur. Geber aũt posuit omnes res sophisticas, tam albũ quam ad rubeum, & vocavit scientiam primi ordinis: & hoc fecit propter addiscentes, ut inde in hoc opere subtiliores sint, & ut cognoscant operationes corporum imperfectorum, & ideo

&ideo quicquid eſt de primo ordine, eſt de inveſtigatione huius artis pretioſæ ac divinæ.

Diſc.

Domine nunc de ſexta diſpoſitione tractes oro.

Mag.

Sexta diſpoſitio eſt, ut accipias *Kybryc* philoſophorum, quod ſuperius diximus: & videas ut ſit bene cribratum ſine aliqua difficultate. Et pone ipſum in leone viridi & claude bene os vaſis. Demum pone ad ſolem noſtrum, & ſic permitte, donec totum ſolvatur. Et cum ſolutum fuerit, permitte fixa, quod nihil adſcendat, & vertatur in lapidem album, vel quaſi tendens ad albedinem *Anthieych*, id eſt, calx Latine. Et propter hoc dicit quidam: *calcem cum videris prope fratrem æris, tunc ſignum eſt boni regiminis.*

Diſc.

Magiſter, dic an calor ſolis noſtri debeat augeri vel diminui, quando *Kybryc* eſt in leone ſolutum, & ipſum coagulare volumus.

Mag.

Fili ſapientiſſime, ſcias quod, quando materia noſtra eſt ſoluta, & volumus coagulare, opus eſt ignem diminuere, ut iterato & melius ſolvatur. Scias quoque in hoc multos operantes eſſe deceptos, quia facta ſolutione con-

gelatur cum fortiori colore ſolis, & ſic faciunt in omni decoctione, & hoc modo ita imbibũt materiam, & quod in fine operis eſt neceſſarium, non poteſt ſolvi niſi cum magno labore: quod nihil prodeſt, nam oportet tunc ut materia vitrificetur & conuertatur in ſubſtantiam vitream, ſecundum operationem. Eapropter dico, ne ab ullo arguar, quod tota operatio & arcanum eius conſiſtit in regimine ignis. Qui enim regendi ignis modum noverit, magiſterium perficere valet: ideo diſce cum lento igne regere: nam ſi materia vitrificetur & ſpiritus qui eſt ſubtiliſſimus, recedat, tunc perdetur. Igitur igne lento fiat ſublimatio. Sublimatio enim ſecundum Philoſophos eſt ſeparatio ſubtilis à groſſo. Roſarius tamen de villa nova dicit, ſublimationem eſſe dignificationem, ut à minimo fiat maximum, vel à corporali fiat ſpirituale: nam ſpiritus corpore dignior eſt. Si enim ſublimatio fiat cum igne forti, groſſum aſcendet ſicut ſubtile, & ſic non fieret ſeparatio ſubtilis à groſſo. Hoc autem exemplis probamus. Sunt autem qui ſublimãt argentum vivum vulgi facta quoque ſublimatione, dicentes: *Videamus an totum habeamus, & ponderant & totum inveniunt*, & ſic decepti evadunt: nam talis ſublimatio non fuit facta propter ſeparationem. Conſidera igitur, qualiter natura facit decoctionem ſuam, facit enim

ſenſim

ſenſim & paulatim, non cum violentia, imo per temperatiſſimum calorem ſolis in viſceribus terræ. Quapropter calor noſter temperatus & non violentus ſit, item calor ignis calorem ſolis non ſuperet, eaque de cauſa dicunt Philoſophi: *cum igne lento*. Arcana igitur præcipua ſunt, ignis, vas & furnus, quæ omnia tibi cum cauſis manifeſtis monſtrabimus.

DE FVRNO.

Dicimus quod tota intentio furni eſt, ut accipias terrā bonam ignem patientem, quæ cum ſtercore equino & modico arenæ impaſtetur, & ſi teneant in calore ignis formetur furnus rotundus, & ſit altitudinis unius cubiti, latitudinis vero unius palmæ cum tribus digitis, ſpiſſus vero ſit trium vel quatuor digitorum, in medio cuius ſit unum ſolarium in quo ſint foramina ſpiſſa minutiſſima, & ſuperius coaptetur ſcutella terrea, ſeu caſſiola bene cocta, & in introitu ſcutellæ ſint ſex vel octo foramina ad modum boni magiſterii, ut melius à fumoſitatibus liberetur, habeatque unam portam prope terram, quæ cum ingenioſa clauſura claudatur, & aperiri poſſit. Intus autem ignis accendatur, in tali enim furno fit opus Philoſophorum.

LOCATIO VASIS *in furno.*

Coaptatio vasis est, ut accipias ipsum cum materia nostra, secundum quod decet, bene lutatum & sigillatum, ne respiret. Coapta in furno, scilicet in scutella, quæ est super furnum cineribus mediãtibus bene in circuitu & fundo compressis, spissitudine quatuor digitorum, donec partes vasis duæ superius sint discoopertæ, tertia vero inferius sit cooperta. Vas autem situetur bene rectum, & tunc inferius accendatur ignis, ut diximus.

DE SEPTIMA DISPOSITIONE.

Septima dispositio vocatur liber Saturni, in quo perficitur totum magisterium nostrũ. Primum enim monstrare volumus, quis sit lapis, qui perfici debet. Secundo qualiter ex ipso eliciatur preciosissima & purissima substantia. Tertio decoctionem cum suis causis. Quarto de vase, quod vocatur leo: & sic habes totũ magisterium. *Vnde sumatur lapis in capitulis notus, qui in vase Philosophico ponatur, ad sublimandũ, & cum eo sublimetur lapis, donec in ultima sublimatio-* Capit. 99.
Sum. perf. *ne ad puritatẽ deveniat, & hic est primus ordo.* Hoc totum dicit Geber, qui totam operationem posuit in sola sublimatione, & verũ dixit. Notes tamen quod sublimatio eius non sit vulgaris

tis ſublimatio. Nam in prima ſublimatione intelligunt omnes operationes, quas tibi monſtrabo. Prima eſt putrefactio: ut puriſſimam & ſubtiliſſimam ſubſtantiam elicias. Secunda eſt ſolutio; ut tota materia ſolvatur in aquã. Tertia putrefactio: ut dixit Morienus, & ſimiliter cõplures alii: *Nunquam fuit aliquid animatum, aut animante productum neque creſcens, niſi poſt putrefactionem, tota enim fortitudo eſt in putrefactione.* Dicit enim: *ſi putridum non fuerit, ſolvi aut fundi non poterit. Quod ſi ſolutum non fuerit, ad nihilum revertetur.* Dicit enim Philoſophus: *Corruptio unius eſt generatio alterius.* Quarta eſt ablutio: Oportet enim hanc rem putridam & ſordidam abluere, ut per ablutionem mundetur à corruptionis impuritate. Ceratio utique eſt, quia quamdiu aqua ſuper terram manet, tanto magis terra ceratur & abluitur, ita quod ceratio & ablutio idem ſunt ſine quibus nihil fit. Quinta eſt coagulatio: nam oportet quo aqua ſuaviter deſiccando miſta cũ terra uniatur, deſiccetur & coaguletur inſimul, aliter perit magiſterium. Sexta eſt calcinatio: Scias fili quod res calcinata magis eſt apta ad ſolvendum quã aliter, & magis prope ad fixionẽ. Vnde multi fuerunt qui calcinationem fixionem dixerunt. Geber enim dixit in Capite de perfecta perfectione, ubi totam ſcientiam totumque magiſterium capacibus

Ariſtoteles.

Cap. 85. Sum. perf.

inſi-

insinuat. *Primum igitur administrationis modum medicinæ lunaris narremus, & hic adverte. Estque ut accipias lapidem omnibus sapientibus notum & per separationis modum illius purissimam partẽ dividas & seorsum ponas. Dehinc vero eius quæ purissima est partis aliquid figas & aliquid relinquas ex illa.* Secunda dispositio est: *quod vero non est solubile ad calcinandum mittas.* Tertia dispositio est: *ab hinc super idem solutionem reitera, donec iterum, quod ex ea solubile est, solvatur omnimodè. Sic igitur iste modus reiterando servetur, quousque illius maior solvatur quantitas.* Quarta dispositio est: *post hæc omnes solutiones misceas.* Quinta est: *ut leniter assando in ignis temperamento conserves, quousq; illi maior ad illius exigentiam ignis administrari possit. Post hoc vero prædictum solutionis ordinem serva, quousq; iterato totum solvatur, quod ex eo solubile est, & coagula iterato, & in ignis temperamento serva quousque iterato illi possit ignis maior ad eius perfectionem administrari. Omnes vero solutionis præparationes super illa medicina lunari quater reitera, & ultimo calcina per modum supradictum,* non autem per modum extraneum, *& sic preciosissimam lapidis terram sufficienter administrando rexisti.* Sexta dispositio: Omnes autem istas operationes dicimus esse in sola sublimatione. Vnde dico, quisquis scit perfecte sublimationem (ut quidam consilio Rosarii ductus dicit) scit totum magisterium facere. Scias quoque omnes istas

præ-

præparationes in uno vaſe, & in uno furno perfici: quoniam in ſola ſublimatione ſunt ſupradictæ operationes, per quas unuſquiſque ſapiens ad perfectionem opus perducere poteſt. Scias igitur mundationem per ſolutionẽ perfici debere. Nam qualis eſt mundatio, talis per illam ſequitur operis pefectio. Dicimus autem quod ſublimatio philoſophica eſt elevatio partium ſubtilium & à partibus groſſis ſeparatio. Et hæc ſeparatio partium non fixatur. Partes vero non fixæ elevantur per fumum in ventum, quare oportet eas cuſtodire ne fugiant, imo cum partibus fixis fixantur, ut velociorem fuſionem præſtent partibus magis groſſis, & cuſtodiantur à vitrificatione. Non autem intelligas quod quando facimus noſtram ſublimationem, quod faciamus ſeparationem à partibus ſuperius elevatis, imo volumus quod totum ſimiliter & ſimul maneat, & quod materia quæ aſcendit deſcendat, donec totum inferius remaneat. Poſt vero cum parte non fixa elevatur & iterato fixatur, & quanto plus reiteraveris tanto maioris perfectionis invenies. Nam in lapide noſtro poſt primam purificationem, quæ per ſolutionem perficitur, non invenimus aliquid ſuperfluum nec diminutum. Hoc dixit Geber, cum dicit: *Et cum eo ſublimetur lapis donec in ultimã ſublimationis puritatem deveniat.* Propterea dixit, *cum eo,* id eſt,

Cap. 99. Sum. perf.

id eſt, ſine aliquo adjuncto, ſine aliqua re extranea, debemus facere noſtram ſublimationem. Ea de cauſa ſunt decepti iſti deceptores qui faciunt vulgares ſublimationes. Nam ſublimant argentum vivum vulgi, vel arſenicum vel ſulphur cum fœcibus, non autem ſublimãt argentum vivum noſtrum: quia argentum vivum philoſophicum, nec arſenicum nec ſulphur noſtrum non indigent fœcibus. Nam argentum vivum eſt aqua clariſſima, & arſenicum noſtrum eſt argentum perfectum: & ſulphur eſt aurum bonum & purum. In iſtis tribus conſiſtit tota pefectio, & per Deum veritatem dixi: Ergo cum iſtæ res ſunt perfectæ & puriſſimæ, non indigent fœcibus. Hic ergo eſt lapis compoſitus ex argento vivo Philoſophico, & ex argento noſtro, & auro noſtro puro. Et propterea ſunt decepti qui ſublimant cum fœcibus, & ſic confitentur manifeſte ſe nihil ſcire, nec in lapide nec in ſublimatione; ceſſent ergo tam à ſublimatione vulgari, tam à corporibus quam à ſpiritibus. Eorum ſublimatio hæc eſt: ſublimant decies vel duodecies, & quod ſuperius aſcendit accipiunt & fœces proiiciunt in qualibet ſublimatione, & ſic decipiunt quia rem imperfectam, aliamq; à natura accipiunt, nec unquã Philoſophicam ſublimationem intellexerunt. Propterea intellige quid magiſter magiſtrorum

Iuramẽto affirmat.

Capit. 7. Sum. perf.

rum dixerit, *Est lapis unus, sine aliquo adjuncto, materia una, cui non addimus rem extraneam, nec diminuimus, sed tantum quod superfluum est removemus*: & verum est, nam lapis non habet aliquid superflui nec diminuti. Nam argentum vivum philosophicũ, quod est aqua perpetua, penetrat omnia quæ tangit, & ducit ad perfectionem. Et aurum nostrum, qui est pater, & argentum nostrum, quæ est mater, sunt sufficientes eo ad perficiendũ, quod dicit Hermes: *Pater est Sol, mater Luna*: per Solem aurum, per Lunã argentum intelligimus. Fili intellige ne forte decipiaris, quod argentum nostrum, & aurum nostrũ, & aqua nostra philosophica ppetuo sunt viva: nec intelligas quod aurum nec argentum vulgi intrent magisteriũ nostrũ. Nã in una sola re, quæ virtualiter continet aurum & argentum invisibiliter cõtinetur totum magisterium nostrum. Hæc nobis demõstravit Sayt philosophus lib. 6. in quo facit epist. ut scientia sit clarior, *ubi dixit Sol ad Lunam crescentẽ quando incipit in tenuitate sua nimia, dabo de plenitudine nostra lumen quod pervenit ad perfectionẽ*, &c. Et sequitur: *dixit primo Luna Soli: Tu me indiges sicut gallus gallina, & ego vero indigeo opera tua. O Sol cum coniuncti sumus cum aqua nostra vacaturi, in ventre domus clausi, sicut vacant mulier & vir, recipiet à te animam adulando & provocando fluxum meum, & generabimus*

bimus filium novum, qui parentibus aßimilabitur. Hæc autem secundum nostrum ingenium vera sunt, hebetes autem & fatui id non credunt. Et nota quod quamvis diversis nominibus distinguamus, unica tamen procedemus materia, à qua procedit album, quod est argentum, & rubeum quod est aurum & philosophorum tinctura. Igitur fili in sublimatione lapidis nostri nihil addas nihilque minuas, sed cum tota sua substantia in vase reponas. Et ut in prima dispositione docuimus, in furno philosophico cum cineribus, & fac ut tota materia solvatur in aquam: post rege eam in igne lento donec maior pars in terram nigram vertatur, quod fiet viginti & uno diebus: præmonstratæ igitur operationes patratæ sunt. Philosophi autem pro qualibet unum fecerunt caput, ut scientia magis esset obscura. Quando autem lapis noster positus est in vase nostro & sentit calorem Solis, incontinenti solvitur in aquam; quando vero ascendit in altiora vasis, post vero descendit in fundum & ascendit in fumum &c. dixerũt philosophi ut diversis nominibus operationes nominarentur. Et hoc ratione diversitatis in vase, nominatur prima sublimatio, ex eo, quia per fumum ascendebat; secunda vero nominatur solutio, ex eo, quia descendebat iterum in aqua in fundo vasis. Iterum videntes hanc ascensionem & descensionem

nem

nem in aquam verti dixerunt, ut nominaretur diſtillatio & deſcenſio, qui eſt quartus modus: poſt vero videntes hanc materiam inſpiſſari & converti in terram, & inſpiſſatio in principio ſuper aquē & ſic diminuendo paulatim inſpiſſando viderunt terram emergere in aquã & ſtare ſubtus in fundo vaſis, & terra crocea nigra & fœculentia, quæ eſt quintus modus, ut nominaretur corruptio. Cum videntes iſtã terram nigram ſtantem ſubtus in aquam per longam decoctionem in Sole noſtro mutare colorem & amittere fœtorem malum, nominaverunt hãc operationem ablutionem. Propter quod dixit Morienus: *Scitote totum magiſterium nihil aliud eſſe niſi extrahere aquam ex terra: & huius aquæ ſuper terram diverſio, donec ipſa terra putreſcat, & hæc terra cum aqua putreſcit & mundificatur, quæ cum mundificata fuerit auxilio deitatis, totum magiſterium eſt completum.* Et ea de cauſa dixit Philoſophus: *dealbate Latonem & rumpite libros, ne corda veſtra turbentur*, & is eſt ſextus modus. Adhuc videntes ſtare terram ſubtus aquam, & terram creſcere, aquam vero minuere per decoctionem temperatam, dixerunt hanc eſſe perfectam cerationem. Item dixit Philoſophus: *quando terra eſt in aqua, terra imbuitur & ceratur, & per temperatam decoctionem Solis noſtri deſiccatur, in terram vertitur tota materia*, qui perfecte ſcit façere noſtram operatio-

nem. Vnde dixit Hermes primus omnium Philoſophorum: *Vis eius integra eſt, ſi verſa fuerit in terram*, & hic eſt eius ordo. Item videntes totam materiam venire ad terram, quæ ſe ipſam reducebat ad ſolidam ſubſtantiã, ſic quod non fluebat nec aſcendebat, imo ſtabat, dixerunt hoc totum eſſe fixationem perfectam & coagulationem. Propterea dixit Philoſophus: *Solvite lapidẽ, poſt vero coagulate, vertite in terram, & hoc cum magna cautela, & habebitis totum arcanum*, qui eſt octavus modus. Idẽ Philoſophus: *Accipe lapidem; & laminas tenues coapta, & pone in vaſe noſtro firmiter clauſo, donec conſtringatur, poſt ad calorẽ Solis, donec congeletur, coque*, nam præcipuum arcanum eſt recte ſolvere & coagulare. vnde dixit Geber: *Solvite lapidem noſtrum & cõgelate, ſine aliqua deminutione, & nihil aliud quæras, nam habebis totum arcanum*. Item plus dicunt Philoſophi: *Propter magnam decoctionem, materiam congelatam & inſpiſſatam venire ad perfectam albedinem:* & decoctionem dixerunt materiam eſſe calcinatam, & ſic hunc modum, qui eſt nonus, Calcinationem appellaverunt.

SEQVVNTVR NOMINA *lapidis*.

Dicimus quod lapis philoſophicus in una re ſola cõſiſtit, & hoc cum albus eſt & rubeus: ex una radice, nullo alio corpore interveniente, pullulat. Nominamus igitur hanc rẽ *Azoth*

&

& *Laton*, terra fœtida, terra rubea & alba, multisque aliis nominibus, ſicut eſt Draco ardens, Lupus, Vulpes, Canis, Serpens, Teſtudo, Limax, Ovum, Equus, Taurus, Camelus, Capilli, Sanguis, Vrina, Stercus, Caro, Fructus, Arbor, Herba, Aqua vitæ, Vinũ vitis, Flos, Borax, Virgo, Paſcalis, Lunaria, Marthagon, Litera Salomonis, Coagulum, Coagulans, Coagulatum, Stannum, Plumbum, Ferrum, Cuprum, Argentum vivum occidentale, Sulphur, Auripigmentũ, Sal armoniacum, Sal cõmune, Sal alẽbroc, Tartarum, Vitrum, Cryſtallus, Fumus albus, Fumus rubeus, Gẽma, Aqua ardens, Oleum, Ignis, Aer, Aqua, Terra, omnibuſq; aliis nominibus huius mundi lapis noſter nominatur, ut qui non ſunt de numero Philoſophorũ minime intelligant hanc noſtram materiam eſſe unam ſolam rem, imo illum ex diverſis componi credatis. Conſidera igitur quot & quãta nomina uni rei Philoſophi impoſuerint. Ego autem tibi per viventem in ſecula iuro, quod non habeat niſi unum ſolum nomẽ vulgare, in prædictis nominibus nominatum, & fere omnes ſciunt eum, quem quidam etiam nominaverunt primo, lapidem, ſecundo animal, tertio argentum vivum, & verum dixerunt. Dico igitur hanc operationem in uno vaſe, uno furno, & una operatione, quæ eſt ſublimatio, perfici. Vnde dicimus, quod *tota* *Iuramentum Autoris iteratum.*

operatio huius nostri magisterii est, ut sumatur lapis in capitulis notus, & cum operis instantia assiduetur super illo perfectio sublimationis, ut mundetur per hæc & sublimetur, donec in ultimam puritatem deveniat, & ultimo volatilis fiat, & hoc quidem est primus gradus administrationis eius. *Sit autem opus Lunæ nimis album, opus vero Solis nimis rubeū,* per modos *sibi proprios in maiori decoctione egestos, donec rubicundissimum assumat colorem*, & in hoc est vnus perfectionis gradus. Sed est totius operis complementum, *ut iam fixum lapidem cum modis sublimationis volatilem facias, & volatilem fixum. Solutum iterato volatilem, volatilem quoque fixum, quousque fluat & alteret, in complemento & lunifico vero.* Qui *ex reiteratione præparationis huius tertii gradus in medicina resultat alteratione bonitas & multiplicatio, & unumquodque corporum imperfectorum in infinitum solificum vel unificum verum mutat.* Nunc igitur artem perquirant iusti & honesti viri, filii quoque philosophiæ & bonitatis. Perversi autem & iniqui atque ignari hanc fugiant, ne eos perdat.

FINIS.

IOAN-



IOANNIS AVRELII AVGVRELLI CHRYSOPOEIÆ compendium paraphraſticum è gallico translatum.

LIBER I.



PRIMO notandum eſt, ignem gubernatorem eſſe & inſtrumentum quaſvis in metallis perficiendi operationes, veluti ſublimationem, calcinationem & fuſionem. Deinde, omne corpus tam animale, vegetabile quam minerale, & tam ſimplex quam compoſitum appetere naturaliter producere ſibi ſimile. Etenim quicquid ignis invenit, in ignem convertere conatur, uti & cætera elementa, ſi modo aliqua vi maiore non impediantur. Corpora compoſita, uti vegetabilia, ex proprio ſuo ſemine germen pro-

Ignis gubernator & inſtrumentum operationum chemicarum.

ducut, ſicuti etiam animalia faciunt, ad generandum ſibi ſimile, in finem atque uſum ſuum naturalem. Eodem modo mineralia, uti metalla & gemmæ habent ſpiritum germinativũ, quo omnes generationis ac corruptionis alterationes in natura ſua recipiunt. Cauſa autem cur ſenſu non percipiamus, hæc generare ſibi ſimile, convertere ac tranſmutare alia in ſuam naturam, hæc eſt, quod ſpiritus eorum germinativus in craſſa & dura materia ſit incluſus, qui ſpiritus dicitur vitalis, eo quod vitam omnem det metallis, qui niſi è craſſa illa maſſa, in qua latet, induſtria Artiſtæ educatur, nec ullum motum habere, nec efficaciam ac vim ſuam exſerere poteſt. Res omnes in natura, imo in univerſa mundi machina exſiſtentes, compoſitæ ſunt ex corpore & anima, & ſimul ex ſpiritu, qui medium eſt inter corpus & animam, utrumque coniungens & cauſa omnis alterationis compoſiti, ad tranſmutandum, generandum & ſibi ſimile conſervandum. Sic in maſſa auri incluſus ſpiritus, requirit tandem manum Artiſtæ, qui ipſum è carcere liberet & propriarum virium compotem efficiat. Et ſi quis eum beneficio artis extrahere & producere poteſt, ac deinde ad tempus ad decoctionem in igne tepido collocare, videbit, quod dictu mirabile, aurum longo uſu ſeminis multiplicativi habere

Mineralia metalla & gemmæ habent ſpiritum germinativũ.

Cauſa cur metalla non generent viſibiliter.

Spiritus è corpore minerali extrahendus.

Spiritus ex auro extractus ad generationẽ habilis.

Spiritus auri igne tepido diu decoquendus.

habere vitam, & non fore dubium, quin aurum ex auro generetur. Hinc eſt, quod aurum non ſolum fiat ſub terra naturaliter, verum etiam ſuper terram artificialiter. Sunt quam plurimæ ſpecies extranearum aquarum, quibus nulli tentarunt ſpecies metallorum diſſolvere, verum ſi è tenebris in lucem extricare te ſatagis, aliorum fontium aquæ tibi ſunt quærendæ, quibus aurum per ſe leniter citra ullam violentiam, citraque auxilium alterius liquoris in ſua aqua propria diſſolvitur. Et quemadmodum res quævis non aliunde generatur quam ex ſuo ſimili, in quo delitеſcunt rei generatæ ſemina ſpermatica, ita nec principia auri alibi tibi quærenda ſunt. In auro auri ſunt ſemina, licet profunditus in eo abſcondita, & multo labore à nobis quærenda.

Reiicit aquas fortes & extraneas ab opere.

Aurum in ſua propria aqua diſſolvendum citra violentiã & materiam extraneam.

Vbi ſemen auri quærendum.

Nec eſt quod putes, iſtam quam quæris aquam, eſſe ſimilem aquæ maris aut nubium, aut etiam claram ſive transparentem inſtar aquæ fontanæ: probe enim conſiderare debes, eam nec inficere, nec madefacere quidquam quod attigerit, quippe quæ omnino ſicca in ſpeciem pulveris prodeat, ſed molleſcit & in partibus auri contriti interioribus fit humida & liquida. Philoſophi priſci alias introduxerunt aquas ad decipiendum ignaros, quamquam tamen iis ipſis, de quibus loqui-

Reiicit proprietates aliorum liquorum ab aqua aurum diſſolvente.

Proprietates aquæ aurũ diſſolventis.

mur, usi sunt, non admiscendo eis quidquam alieni, quas aquas post compositionem ad lenem decoctionem in parvo furno posuerunt. *Hermes primus author artis.* Hermes primus hanc artem nobilissimam docuit homines, & eius beneficio curare omnes morbos, iuventutem diu conservare, retardare & prolongare senectutem, & possessorem tanti thesauri amplecti virtutes, vitia fugere & charitatem exercere, atque ita ex voto totam vitam transigere.

LIBER II.

Quid primo observandum. PRimum sciendum est, lapidem album cõvertere metalla imperfecta in argentum, rubeum vero in aurum. Quocirca Artista nihil magis curare debet, quam ut primas cognoscat materias è quibus opus hoc componi possit, quasque primum ad manus sumere, & super quibus laborare debeat. Tum primum *Semen extrahendũ & parvo vasi includendum.* sentiet & cognoscet, se verum naturæ ministrum, ubi sperma nobile solerter à latebris, in quibus delituerat, extractum in lucem produxerit, & ubi ipsum iterum in tenebris reposuerit, & parvo vase inclusum reservaverit, putrique massæ nutrimenta humida sensim ministraverit. Neque etiam minus sagax erit *De modo ignis.* atque industrius, si interim tepidum illi ignem subministraverit, & internum calorem sive ignem externo calore & igne foverit, caveat tamen

tamen ne res diverſarum ſpecierum admiſceat, ſed quantum poterit, eas amoveat & fugiat. O mentes hominum tardas, ſtupidas & obcæcatas, ô ingenia ſubiecta Artiſtarum deceptionibus! Quid commune habent vina dulcia & tenera cum duris metallis? quid cum illis ſanguis è corpore humano extractus? quid flavi capitis capilli? quid ova? quid etiam collectæ in ſummitatibus montium herbæ conveniunt cum auro in cavernis montium foſſo? Quotquot autem huiuſmodi utuntur mediis, in vanum laborant: quandoquidem dum conantur coniungere diverſas ſpecies, altera alteram in primo ſuo motu impedit, ita ut nihil in natura ſolide unitum generare queant. In principio enim ſtatuere ac præſupponere te oportet id, quo in opere hoc opus habemus, unica re contineri, ita ut nihil extra eam alibi quærere neceſſe habeas præter humorem, qui abunde ſufficit atq; intus ſervatur donec tandem illud quod deſideras, & tanto ſtudio generari optas, prodeat. Præterea ſcias, intrinſecus vim duplicem eſſe, alteram ſemper activam, alteram paſſivam, ut mas & fœmina motum ſuum mutuum invicem habeant, haud ſecus atque in ovo pullus creſcit, qui ſimul eſt agens & patiens, niſi quod levi calore exterius illum conſervante foveatur. Nullum hoc exemplo convenientius invenias, nec cui meo

Reiicit ab opere vina ſanguinẽ, capillos, ova, &c.

Ex heterogeneis ſpeciebus non producitur homogenea.

Opus re unica continetur.

Proprietas humoru opus intrã tis qua.

Agens & patiens

Mas & fæmina.

Exemplũ pulli in ovo.

putrefa-ctio primũ est in opere. iudicio certius inhærere debeas, ad quod omnia reducere possis. nihil enim ex re quapiam generari potest, nisi prius putrefacta. Et nota in hoc opere non nisi uno vase, uno regimine & una materia tibi opus esse, eademq; arte ac modo posse te gemmas generare ac conficere.

Parabola de operis praxi. Est sylva in summo secreti montis vertice, in qua fons argenteæ & nitidæ aquæ scaturit, & specus est cõtinens antrum exesum & excavatũ, in quo est virgo potẽtia ac virtute pręstãs divina, quã agricolæ prisco nomine Glareã appellant. Eo via angusta, aspera & acclivis euntẽ ęgre inter densos vepres ducit ad vestibulũ antri usq;. Ante ipsum vestibulũ est levis & ęqualis, nec tñ ampla planities, umbris horrẽdis obsessa, fluvii quoq; ripis & Tophi margine, nec nõ viridi musco & spissis Corymbis obducta. Sed si quis feliciter ingrediatur, is quãprimũ, ꝙ mireris, omnẽ im̃unditiem humanã exuit & põdus mortale deponit, & totus fit spiritus purus ac levis, plustrans oẽs antri aditus, perlatus agiliter undiq; per cuneos, in quorum medio Nympha aurea residet, & circũ thalamus aureus, supra resplẽdens. Et ꝙ magis est, ingressi tabulatũ aureũ pedibus cõculcãt, & omnis supellex ex auro splẽdido est cõflata. Tu vero q tãtarũ rerũ principia satagis, ne in mõtib. Trevisaneis erres, recta ad antrũ pergito, & inde ꝙ pretiosissimũ videbit sumito, nec sũptibus ul-

Corpus fit spiritus.

Trevisanus non docet principia.

lis vel labori parce, interim cave ne applices sulphur vivũ vel argentũ vivum, vel etiam aquã putridã vel infectam ex eorum vapore ꝓcedentẽ, sed purum & defœcatum metallũ in cuius massa spiritus vivus delitescit cupiẽs liberari à vinculis & à carcere obscuro, ut in aerem elevetur. Et hæc massa quæ erat onerata naturali & originali mole, postq̃ ea est exonerata & facta levior, sursum in aerẽ levatur, & quæ prius dura fuerat, jã per artẽ naturæ ęmulã mollescit, quæ ars jubet fieri retrogradationẽ via ac mõ consueto, ut semẽ inclusũ è diuturno suo carcere instar spiritus vegetabilis se recludat, neq; amplius metuat vincula illa duræ massæ. Neq; id mirũ tibi videri debet, nã germẽ auri perpetuũ quandoq; pullulat virtute ꝓpria, & sursũ in aerẽ fertur, nõ aliter atq; hedera agilis murũ amplexa se extẽdit, circũquaq; serpit, & frondib. radicibusq; suis oẽs muri rimas, quas offendit, ꝑmeat, ut tandẽ murus fatiscat; sic ẽt vividus auri surculus Topho insitus quęrit atq; explorat intus oẽs partes vacuas, & per eas egrediť & in aerẽ diffũditur, vel saltẽ eiusdẽ Tophi superficiẽ in plurib. locis occupat, & quem locũ firmiter tenet, pure inaurat. Hinc Artistæ duo sũt studiose tractãda, vid. quãnã materiam primũ eligere, deĩde quõ electã moderari & regere debeat, quo aptius eã ꝓducat & edat in lucẽ: ut modico & lẽto calore possit dissolvi. Hęc duo

Metallum primum sumendũ.

Hic parabola supra dicta exponitur, satis tamen obscure.

Redrogradatio.

Germen auri pullulat.

Simile hederæ, docẽtãs omnia bene esse obsignanda, ne spiritus auri exhalet.

Duo in omni opere præcipue considerãda.

Dissolvere parvo & leni igne.

duo veteres infinitis tenebris occultarunt, sæpius etiam seriem loquendi continuam studiose abrumpendo inutiles fecerunt digressiones. Quapropter intentis oculis investiga, & sume materiam, quam in tam eximiis rebus per vias devias & longos errores inveneris. Non.n.usq; adeo difficile est, materiam quam sumere oportet, invenire, at vero hanc ipsam aptam ac habilem reddere, hoc opus, hic labor est. Opus hoc nihil, nisi quod simplex est, requirit, & quod non est commixtum cum materia alia quam ea, quæ per suffumigationē puri sulphuris & attractionem sibi similis & comparis vivi in aurum formata est. Verum aliter alius atque alius eam præparat, nec fortasse unus idemq; præparandi modus est, modo una eademque res pura manifeste videatur reducta & relicta per se sola. In hoc Artista naturā propius imitando laborare debet: illic natura constans mota & directa per Artistæ manum, ordinem suum ac tenorem servabit. Nam ubi opus compactum ope artis fuerit resolutum, & se ultro vi exteriore exposuerit, seque certa prole fœcundum commonstraverit, id quod superest in loco secreto collocabis & exercebis, fovendo illud longo tempore in calore continuo, eique sua alimenta sensim reddendo. Neque te tædeat moræ vel spatij temporis determinati. Omne enim quod nascitur, habet

Dissolvere parvo & leni igne.

In quo difficultas operis consistat.

Requisita in opere.

Diversas esse dicit præparationes.

Reductio.

Corpus dissolutū in spiritū.

Quid post solutionē faciendū.

Calor continuus.

Exemplū de conceptiōe animalium.

habet certam periodum tempuſque ortus limitatum, donec orbem ſuum perfectum, quo in lucem prodit, circumiverit. Et ſicut fœtus informis creſcit in utero matris, interea dum formatur infans, ſic locus dextere electus cui ſemina auri committes, ea fovebit, per progreſſum continuum ea promovendo, donec in fructus maturos & optatos adoleverint: Tum primum ſubminiſtrabis ignem lentum & aptum rebus creſcentibus & corrumpentibus, ijſque temperamentum inter humidum & calidum (quod balneum Mariæ, falſo tamen fimum & balnea appellant) continue addes: ſubminiſtrabis etiam continuum & æqualem calorem tepidum, mitem & aptum, calor enim inæqualis quandoque excedens quandoque deficiens ad generationem inutilis eſt, prætereanec magnam materiæ quantitatem in parvo vaſe includere oportet, modico enim calore reſoluta, vires ſuas quas habet fortes, expromere non poteſt, neque etiam tantam habere quantitatem tibi magnopere ſit curæ, quoniam ubi ſemel cõpos iſtius pulveris benedicti factus eris, eius maiorem quãtitatem, aut alium de novo conficere non deſideras, quippe illum quotieſcunque opus erit augere poteris. Neque etiam parvi facies, ſi pulvis hic benedictus tibi ſua ſigna monſtret, quando ſe manifeſtat & varios monſtrat colores.

Nutrimẽtum operis à loco ſemen auri recipiente provenire innuit.

Calor cõtinuus.

Calor inæqualis inutilis.

De magna quantitate materiæ non eſſe laborandum.

Augmentatio materiæ.

Colores operis principales. *Color niger primus*

lores. Et licet principaliter desideres colorem rubeum, album tamen, uti nec nigrum non contemnes, nam hic, niger videlicet, tibi aperte principium magni operis cõmonstrat, & fores aditus secreti tibi aperit. Quare cum iam arte singulari deprehenderis artis huius tam eximiæ seriem & manifesta colorum signa, spem cõcipe de promissis longi temporis præmiis, per gratiam enim Dei tibi præsto erit pulvis auriferus, qui subito convertet minima sui parte quodvis metallum in aurum. Et sicut modicum casei aqua & igne resoluti, deficiente coagulo, mulctra confestim lacte puro impleta coagulat & constringit, convertendo illud lac in suam formam: Sic etiam pulvis hic benedictus argentum vivum quodvis sistet & figet, inque speciem auri cœlestem puriorem ac præstantiorem naturali id convertet.

Finis operis. *Exemplũ de caseo lac coagulante.*

Pulvis multiplicari & augeri potest.

Hic idem pulvis etiam augeri potest, ut de cætero non sis solicitus opus semel absolutum reiterare, seu id de novo componere, siquidẽ virtus ei potest augmentari maior, ita ut minima pulveris portio immensam argenti vivi quantitatem transmutare possit, sive quod spiritus levis & omni parte solutus profundas corporis partes ingrediatur, seque per omnia viscera eius misceat, seu potius quod pulvis lõgo tẽpore coctus, inclusus & sæpius in sese re-

ductus cogat, inspisset & multiplicet vigorem suum. Et sicut modicum croci in aqua pura immissi diffundit & multiplicat grato odore immodicum suum colorem, ita etiam magna virtus in exigua pulveris quantitate agitans penetrat & percurrit quascunque partes metalli liquidi. Præterea opus nullum magis arduum neque labor maior est, neque in quo ars magis glorietur quam præstare, ut metalla sensim madeant & mollefiant. Tandem parum aberit, quin reliquum operis per te intelligas. Omnia enim vinculo unico iuncta atque ligata tenentur. Et hinc deprehenditur modus ignis lenti, locus & decens lapidis mensura, color etiam sub pulvere optato varie diffusus, nec non quomodo lapis sit multiplicandus, quæ omnia clare & cum gaudio intelliges, si rerum seriem longo usu observaveris atque retinueris.

Exemplũ de croco in aqua dissoluto.

Aurum difficilis dissolutionis.

Ignis lentus.

LIBER III.

SI quis semen faciendi auri quærat, sive principia argenti nosse desideret, non spernat primo diversos ignis gradus cognoscere. Sunt enim plures per quos cum procedere oportet, duo tñ sunt præcipui, quorũ alter tranquillæ naturæ æmulus, alter arti violẽtæ cõvenit. Hic magna violẽtia semen auro solido miris compagibus inclusum protrudere nititur, cum prius

Varii ignie, alter lentus & alter violentus, ad operis dissolutionem apti.

Ignis violenti efficacia.

prius, prout mox declarabitur, diſſolveris aurum, idque reddideris humens, putre, bene ſubactum, domitum & mollificatum, ut ignẽ fortem facile ferre poſſit, & per exhalationem inflетur, ſublimetur, eleveturque in altum. Ille nutrit & fovet ſemen auri extractum, nec etiam comburit opus virtute caloris exceſſiui, nec permittit ante frigere quam ſe mirabili cõponat modo, & ſeſe perfectum propria ſponte reponat. Tu tamen ſumes laminas auri puri, eaſque contundes & quaſi in pulverem ſive arenam fluvialem comminues, multumque teres, ut tandem per ſeſe reſolutæ humiditate & putrefactæ interius liqueſcant. Proderit etiam copioſam interdum quantitatem roris ſeminis proprii infundere, ne forte fortuna tamen alieni quicquam admiſceas, ignorare enim non debes, omne ſimile ſuo ſimili gaudere, atque etiam extrinſecus ſuo ſimili iuvari: præſertim cum natura requirat naturam & reſpuat ſuum contrarium. Ideoque non te pigeat, ſuum quęrere ſimile, vbicunq; id lateat, ſive in imis montibus ſit abſconditum, ſive etiam eruatur è maris ſcopulis, ſive in mediis hæreat fontibus, ſive ex alto productum ſit cælo, ſive quocunque etiam loco appareat vel abſcondatur, quidve id ſit, etiamſi corpori cuicunque totius orbis ſe miſceat, cuius vi & virtute efficaci tu ea tam firmiter inſita atque compacta poſſis

Ignis lenti effectus.

Auro liquor proprii ſeminis miſcẽdus.

Simile ſuo ſimili adgregatur.

Simile auri quærendum.

Simile auri reſolvit ipſum aurum.

possis resoluere. Vbi ergo humescent, recõdis ipsa in fundo parui vasis, non tamen citra suum modum & ordinem: necesse enim est ea ibi æqualiter disposita manere, vt calor vnus atque idem ex æquo penetrans per omnes feratur partes, & ex omni parte vaporem compellat atque regerat. Vas porro, in quo aurum ita rite præparatum istos vehementes calores ferre debet, sit cucurbita paruula, ex argilla & terra subalba, vetustũ marmor referens, composita: quæ quidem cucurbita sit vitreata & cooperta cappa vitreata, ad subtiles recipiendum vapores. Deinde cucurbitam cum sua materia pone super furnum perforatum, in quo ignis sit vigorosus, clauso furno æstuans, feriensque vas recta inferius ad ignitionem vsque totius vasis. Tum demum species auri suo olim liquore proprio imbibita & madefacta (quis credat? veteres tamen Philosophi viderunt) soluitur, atque paulatim spondilibus vasis adhæret, mox quoque sensim summitatem vitri videtur petere. Et quemadmodũ hæc quondam fuit dura & grauis, sic nunc volatilis, mollis ac rara fit, seque etiam à sua massa discontinuat & resoluit, fitq; rara & clara. Præterea etiam sicuti hæc ab initio fusca fuit & obscura, sic iam primum albore niueo, mox deinde cæruleo pallore vestita, & tincta colo-

Modus resoluendi aurum.

Vas resolutionis quale

Cucurbita vitreata cum cappa.

Furnus & ignis qualis

Aurum dissolutum suo proprio liquore.

Aurum subito non dissoluitur.

Colores operis.

re leuiter violacco prius colore|cœleſtino re-
lucebat, & in aura atq; vapore fului auri per-
ſtabat. Quod tamen non ſolum hiſce cogno-
ſcetur indiciis & ſignis, ſed licebit etiã obſer-
Per ſaporem cognoſcitur opus. uare per saporẽ ſuum, ſi nimirum hic aliquid
amaritudinis, quæ vix ore percipitur, præ ſe
ferat. Poteſt ſimiliter cognoſci per ſonũ ob-
Per ſonum. tusũ, qui niſi per difficilẽ acutũ deprehẽditur.
Per odorem. Per odorẽ quoq; nõ grauem, niſi p ſulphuris
fœtidi odorẽ ſpirantem. Et ꝙ plus eſt, maſſa i-
tidem hæc ſurſum verſans videt̃ quandoq; ſe
Aurum ſoluitur in aquam fluentem. ſoluere in aquã fluẽtem, cuius liquor, ſi tem-
pore cõgruo atq; opportuno fuerit collectus,
ad duo vſui eſſe poterit. Primũ ad aurum, vbi
Ad quid aqua auri proſit. ipſum prius ſolutũ & artificioſe contritũ fue-
rit, liquore proprii ſeminis imbibendũ. Dein-
de vbi humiditas ſiue liquor iſte rite commi-
xtus fuerit, ad Baccas ſiue vniones vetuſtate
nonnihil pallentes priſtino & proprio cãdori
reſtituendũ: vel etiã ad nouas hocce liquore
claro & puro artificioſe formandũ. Nec exẽ-
plum tã appoſitũ inuenire potetis, nec tã mi-
rabile, ꝙ ars humana imitari poſſit, vti iſthoc
Exemplum de generatione vnionum. Baccarũ, circa quas natura adeo ſagaciter lu-
dat, veluti qñ iſtarum cõchę ſeſe in litore ma-
ris pãdunt, hianteſq; & cõceptione leui roris
ſic impletæ hora genitalis eas ſtimulat, tũ de-
mũ ita repletæ certo poſt tẽpore ſuos produ-
cunt fœtus. In quo etiã exemplum pictorum,
qui

qui nos tot colorum diuersitates docent, imitari licet. Porro postquã ex vase vitreo extraxeris auri niuẽ, totumq; fuerit sublimatum, eandẽ denuo niuẽ repones in vase vitreo, cuius oreficium vitreo ardẽte obsignabis, vasq; illud pones in hypocausto vel camino, eidem supponendo lampadem ardentẽ, qui producat calorẽ continuum atq; tepidum, cui calori superpositus sit cinis, arcte cõseruans semina auri in fundo vasis inclusa. Quę cum in vase vitreo diu conclusa & cocta fuerint, diuersos primum mõstrabunt colores, inter quos præ cæteris pro primo quærimus & desideramus nigrum: post eum per intermedios colores album: nam ad postremum non deuenitur, nisi per intermedios; inter quos tot se præbebunt, quot in iride sunt colores, aut quos Argus in pauonem transmutatus habebat oculos. Cum iam massa nigro fuerit colore tincta, putabis te illi sufficienter tepidum atque proprium administrasse calorem, quo fœmina marem in suaui suo gremio amplexa foueat ac nutriat, masque eum fotus illi itidem suum amorem sensim instillet, & denique dulci coniugio languescentes ditem producant prolem. Hinc dicta massa paulatim nigram suam vestem indies magis ac magis, nullo vnquam tempore cessans, deponere incipit,

Quid post aurum sublimatum faciendum.

Ignis lampadis.

Qui colores in digestione auri per ignem lampadis appareant.

Color niger est signum caloris recte administrati.

procedendo per colores varios, ab vno ad alium, donec tandem virtute tanti coniugii, quo resoluta putruit & recreata vires nouas resumpsit, albescat. Quapropter hic caue, ne illi vllatenus suum ignem aut calorem tepidum submoueas, sed nutrias & foueas virtutē eius intrinsecus genitalem & naturalem, vi caloris extrinsecus penetrantis, haud secus ac auis suis ouis tepidis assidue incubat, & intenta vigorem addit pullis nascendis. Hunc itaque modum & morem vt obserues, conuenit, donec Solis circulo reuoluto & tempore exacto massa sit omnino albedine multa aspersa. Patientem ad hanc vsque periodum & metam te præstare oportet: hic equus soluitur, hic terminus maris, vbi cursum tantorum laborum te absoluisse lætaberis. Et iam tempus aduenit, quo exantlati laboris & sudoris vsque perpessi condigna reportes præmia Recipies igitur pondus argenti viui puri & de more præparati, quod vasculo triquetro impones, idque in medio ignis collocabis & adaptabis. Vbi vero feruere & fumum sursum mittere cœperit, tum exiguam pulueris tui perfecti particulam desuper proiicies, ignemque post follis flatibus magis & magis succendes. Argentum hoc viuum subinde mox (quod tibi mirum videtur) in speciem argenti liquescet, hancque deinde in canali angusto

Post nigredinem calor non augendus.

Simile ab auibus ouis assidue incubantibus assumptū.

Albedo operis.

Opere ad albedinem deducto, percipi possunt fructus.

Proiectio, eiusque modus.

angusto fusam in lingonem gracilem indurescere videbis. Veruntamen hic omnino insistendum non erit, nam longum tibi adhuc iter restat suscipiendum, quod sedulo peragere & perficere debes, donec ad portum feliciter appuleris. Consulo iam, ne quis opus administratum ab igne amoueat, ne forte calorem tam diu cõceptum remittat aut deminuat, sed potius intendat & augeat, ita tamen vt manus artistæ tactu eum ferre possit, & caloris vim mouentem non excedat, sed continuus æqualisque duret, quem benigna natura & læta sequi possit. Ideoque nulla te retardet mora, quin continues vlterius pergere & peragere, vbi semel absolueris & produxeris albedinem splendidam desiderati & adepti coloris. Sed tamen ne nimium properes, patientia fida tibi comes obstet, simulatque efficiat, ne longa mora, quæ alioqui nimia festinatione causari posset, te remoretur: non est enim quod speres, posse te tantas res tam breui tempore adipisci, quas si obtinere possis, non vtique desineres ab acquisitione rerum adeo desiderandarum. Vbi itaq; ignis iam vlterius processit, non vnus tum color, vnaue apparebit facies, sed priusquam color purpureus siue rubeus sese videndus præsentet, paulatim albus, veste crocea perfusus, varie se mutans, annum integrum perdurabit.

Albedinem non esse perfectionem operis, sed vlterius progrediendum.

Ignis continuandus.

Ignis augēdus, & quatenus.

Patientia præstanda & præcipitatio fugienda.

Varii colores in opere apparentes.

Color albus sub citrino vel croceo varie

mutans perdurat annum. At vero vbi rubeus apparere cœperit & perspicue ſub cute ſuperiori florere, violæ etiam rubentis & ſplendentis hyacinthi ſimilis eſſe videbitur. *Color rubeus ſuperficialis adhuc imperfectus.* Non tamen adhuc ibi hærendum, ſed vlterius progrediendum erit, ne tamen à via recta, quam incedis, aberres cauendum. Nec tum quoque tibi in mentem veniat, nec quiſquam tibi etiam perſuadeat, ignem vllatenus mutare, niſi forte tantiſper augeas, vt ſine læſione calorem vaſis ferre manuque attingere poſſis: quod pro norma & certo modo obſeruabis toto opere durante, hoc ipſo enim imitaberis naturam. *Color tolerabilis & manum nõ lædens.* Inter cætera autem ſi quid forte peccatum vel omiſſum eſt, nihil prohibet, quin emendare poſſis vel iterum de nouo componere & redintegrare, modo iam antea hæc bene animaduerſa à te fuerint & inquiſita. *Errores corrigi poſſe.* At ſi intermiſeris fouere ignem, ita vt eius vis calorve, qui fœtum continuo fomite nutrit, intermoriatur, vanus erit omnino labor tuus: nam vbi ignis defecerit, omnia corruēt & in nihilum redigentur, quæ nullo vnquam artificio reparari poterunt. *Igne intermortuo opus corruit.* Econtrario ſi per impatientiam ignem vltra modum auges & te moræ tædet, ſubito perdes id, quod tanto tempore paraſti. *Præcipitatio in opere noxia.* Cura igitur ſedulo vt quocunq; modo calorem continuo conſerues tepidum & temperatum. *Calor tepidus & temperatus ſeruandus.* Nec quoque

-que te pigeat pudeatve cribrare cineres subtiles, eosque circa ampullam tepidam adaptare, interim videbis fœtum inolescere & ruborem densum magis affectare, donec tandem tertius annus adueniat, quo trãsacto ab omnibus preteritis laboribus liber eris. Quãprimum enim color purpureus plenus & integer apparebit, tunc non cunctaberis puluerem benedictum è vase sumere, eumque in varios vsus tibi reseruare: siue ad transmutandum metalla in aurum, siue ad succurrendum egenis, siue ad curandum hominum morbos. Non tamen necesse est dictos annos tam exacte computare, vt nihil eis vel detrahere vel addere liceat. Nam aut materia, si fuit habilis, cursum operis maturare potest, vel si non habilis, eundem retardare, aut si calor plus minusve debito intensus iustam mensuram excedit, potest variare tempus & locum. Hinc tibi facile causa apparebit, ob quam opus vel dilatum vel maturatum fuerit in generatione sui fœtus. Infans enim natus septimo vel vndecimo mense non erit illegitimus, quanquam alii hæc astris & Diis tribuere soleant. Sunt præterea quidam qui lapidem calcinent, & in vehementi igne septem diebus detinent & peruru nt, vsque dum, vt dicunt, inspissetur, quod tamen bonus

Calorem rubeum sufficientẽ: appellat densum, spissum.

Tres anni perfectionis.

Simile de infante 7. vel 11 mense edito.

Reprehẽdit calcinationem quæ fit post perfectionẽ operis

Philoſophus per omnia non probabit, quippe quod natura quidpiam ſimile facere non videatur. Nam ſi natura curſum incepit, eundem ſeruat & continuat, & huius contraria recuſat. Et vt hæ res curſum, quem tu ſequeris & perficere conaris, rectius abſoluant, te admonitum velim, ne in opere tuo ſpacium anni integri obſeruare contemnas: & ſi mihi credis, tempore veris, quo omnia fructificant, & natura omnibus rebus producendis occupatur, incipies. Quæres fortaſſe de numero & pondere rerum ante inchoationem operis præparandarum. Sed ſi veritatem conſideraueris, tria tantum principia reperies, vel etiam duo, vel etiam ſi bene rem perpenderis, non niſi vnum erit, & hæc tria reperiētur in auro ſolo: & quod plus eſt, omnia hæc vno tantum pondere comprehendes. Nam cum ſunt coniuncta, non ſunt diuerſa, ſe inuicem commutant & communicant ſua pōdera alterum cum altero ſucceſſiue. Quod ipſum exacte obſeruādum eſt ſecundum morem aurifabrorum, qui cum aurum & argentum ſepararunt à minima particula magnæ maſſæ, computabunt & inueniēt facile ſummam quæ in reſiduo remanſit. Et licet numeri & pondera tam exacte obſeruanda ſint, ſufficiat tibi tamen vnum ex tribus prędictis, quod recte, vt docui, adminiſtrabis, vel ſi duo

Natura ſequenda.

Opus tempore veris incipiendū.

De numero & pondere.

Sufficit tertia, id eſt pau itas, materia.

duo forsitan eorum sumpseris, non est quod addas amplius. Nam quod restat, nonnulla te docebo, ex quibus, si modo ea cælaueris, cognosces quare contentus esse debeas laborare modica quantitate & portione materiæ. Quod superest dicendum, & quod veteres consulto se cælasse fatentur, non fictis figuris aut ænigmatibus proponam. Tu igitur vti prudens labori huic extremo nullatenus cede, quandoquidem breuis & perexigui est artificii, at luculenti vsus. Inprimis ergo aut miscebis paululum medicinæ iam perfectæ cum fuluo auro, & continuo videbis id virtutem pulueris benedicti retinere, aut quando magna nec non difficili arte graue auri puri semen extraxeris (cuius modus satis superque supra expressus exstat: nec etiam licet omnia effutire) commiscebis & adiunges illi mox partem pulueri rubeo æqualem, deinde vero lentum illi succendes & administrabis calorem: in quo illud decoques per menses duos, quibus effluxis percipies omnem seriem colorum, quam antea cum admiratione spacio trium annorum vidisti, se aperte manifestare, & tandem breui tempore ingentes illas diuitias, quas tanto tempore beneficio artis quæsiuisti, colliges & adipisceris, idemque opus iterum atque iterum repetes. Quoties enim id perfeceris: toties quan-

Siue etiam paululum maior quãtitas suffi-cit.

Nihil refert laborare pauca quãtitate materiæ.

De multiplicatione.

Multiplicatio cum auro.

Multiplicatio cum semine grauido auri, & æquali pondere cum puluere.


Multiplicatio cum lẽto calore.

Multiplicatio inseruit

quantitati & qualitati pulueris.

titatem pulueris eiusque qualitatem etiam auctam videbis: citius enim crescit, & hinc aliam etiam crescentem, retenta interim priore, resumit virtutem. Neque vanum est credere, illam veteres authores tantopere interdum auxisse, vt si mare vniuersum foret argentum viuum, & in eo vel minimæ istius pulueris portionis fieret proiectio, quod dictum mare, quamuis immensum & infinitum, in aurum transmutaretur.

ARTEFI-



ARTEFII CLAVIS MAIORIS SAPIENTIÆ.

TYPOGRAPHVS PARIſienſis Lectori.



Atura hominem πολιτικὸν ζῶον *credunt: ego imbecillitate, &* προαίρεσιν: *Cum enim naturæ ſuæ defectum animaduerteret, huic morbo mederi, à ſocietate ſumpto auxilio, tota ope contendit: dehinc varia hominum ingenia, diuerſas artes inuenire neceſſitate inſtigante, ciuitates inimicitiis ortis, ad ſua tutanda deſignarunt: poſtremum augeſcente malitia, aut adulta luxuria, reliquas artes aut caſus reperit, aut inuenit ſolertia: in quibus conſeruandis aut ampliandis, aut reformandis, tota ſtudioſorum hominum vita teritur: vt cum pro*

ratione

ratione finis appetitus ſint diuerſi, & voluntas inapparens, tanquam verum feratur: Multi ad ματαιοτέχνιαν *declinauere* ἀρχιτεκτονικῶς *non ſatis cognito fine, ad ſubalternas confugere, & vt Penelopes proci cum domina non poſſent potiri, ad ancillas conuerſi ſunt, ſic ii quibus non ita fœlix ingenium natura largita eſt, vt veritatem ipſum viderent oculis, aut certe cum vidiſſent eius adipiſcendæ ſpe fruſtrati, quod præ manibus erat acceperunt, neſcio an ſatis tuto conſilio. Difficultas etenim rerum operis adgrediundi, viam præcludere non debet, iis quibus adhuc aliquid ſupereſt magnanimitatis: verum cum aliorum cauſa, tum propriæ vtilitatis gratia, quamplurimæ artes repertæ ſint, eæ quæ plus reipublicæ ſunt profuturæ, maiori ſtudio ab hominibus debent exquiri ſi vlla ea ſane quæ leuandis humanæ naturæ incommodis penuria & morbo, operam conſumit, quam* ἱεραν τέχνην καὶ θείαν *vocant. In qua cum prioris æui homines aliquid inueniſſent, ea literis mandarunt vnde tot præclara huius artis volumina, ad noſtra vſque tempora peruenerunt.*

Ego

Ego horum exemplo quantum in me fuit vt omnibus prodesse possem, si non in componendis, saltem in publicandis operibus, quæ desiderabantur, operam dedi: verum cum in omnibus sit aliquid arduum, quo non superato, cum labore reparatur: si hac in arte, quod præcipuum est, agens ab omnibus est desideratum: sed quonam pacto haberetur, Iohannes Pontanus in hac breui epistola, quam de ea arte composuit, ad Artesium remisit. Quod cum animaduerterem, & exemplar huius in manus meas peruenisset, nolui te hac luce priuari: sic enim docuit nos Heliodorus ad Heraclium de arte tale ingenium esse sapientum.

Μηδὲν φθονοῦντες τοῖς θέλοισι μανθάνειν.

Sic virtus, & quæ pulchro nomine dignà propagatione gaudent, & bonitas sui diffusiua esse creditur; Horum expellentem sententiam qui sibi solis sapere volunt. Quis autem fuerit hic Artesius, non satis constat, hunc Iudæum quidam existimant, de eo quædam apud Rogerium Bacchonem, & Cardanum: quantæ autem eruditionis, hic liber poterit demonstrare, in quo si sint ali-

qua

quæ præter fidem, esse ænigmata tibi persuadeas velim: quæ vero plane physica sunt, mira sunt arte contexta. In hoc sane illud Ἰωάννου ἀρχιερέως *perdifficile factu, facili demonstratione patescit* ἐὰν μὴ ἡ σωνάρξσις τῶν στερέων ἀπολεσθῇ εἰς κένον καὶ ματαίον πᾶς ὁ πόνος: *Sane & innumera alia hoc in libro explicãtur, quæ non nisi summo cum labore possent perfici & intelligi. Hæc ergo, lector, æqui bonique consule, & quod præcipuum est, amplectere: si nobis quid melioris notæ supervenerit, tu & eius particeps eris. Anno 1609.*

Vale.

ARTE-

ARTEFIVS INCIPIT LIBER QVI CLAVIS MAIORIS ſapientiæ dicitur.



Iuiditur autem iſte liber in tria capitula, nec vnum completur, ſine aliis. Primum enim indiget ſecundo & tertio; ſecundum primo & tertio; & tertium primo & ſecundo. Primum enim tractat de compoſitione elementorum, ſuperiorum ac inferiorum, & naturarum æqualium & inæqualium, & conuerſione eorum adinuicem, & generatione. Secundum tractat de generatione corporum mineralium, tam naturalium quam artificialium. Tertium, de generatione plantarum & animalium, & adligamento corporis cum ſpiritu, & etiam animæ, & ipſius animalis cum animali.

Laudemus igitur Deum, qui eſt inſpector omnium nec eſt quod lateat ipſum, ipſe enim eſt adligatus ſuis creaturis per verbum ſuum? & ſeparatus ab eis in quantum ipſas tranſcendit, nec enim puto ꝙ aliquid creauerit ſibi ſimile vel æquale, & de magnis beneficiis. Et maxi-

maximum eſt illud, quod ipſe allegauit corpus noſtrum tum ſubtiliſſimo omnium elementorum, ſcilicet anima; quæ videt occulta manifeſte, dum tamen virtutes ipſius corporis ipſi non prædominentur: quanto enim magis fortificantur ipſius corporis vires, tanto magis animæ virtutes neceſſe eſt debilitari, & quanto magis ipſum corpus alteratur, tanto magis ipſius animæ ſubtiliatur intuitus. Et propterea dixit magiſter noſter Belenius Philoſophus, ponas lumen tuum in vaſe vitreo claro, & nota quod omnis ſapientia mundi huius circa iſta tria verſatur, ſcilicet circa adligamentum animæ corporalis cum anima corporali, & animæ ſpiritualis cum anima corporali, & ſpiritualis cum ſpirituali. Sed adligamentum animæ corporalis cum corporali propinquius eſt & facilius quam ſpiritualis cum ſpirituali. De iſto enim tertio pauca ſcribere voluerunt ſapientes Antiqui; dixerunt enim, nullum ad ipſius ſcientiam poſſe pertingere, niſi fuerit natura ſua diuina & ſpiritualis, & ſua natiuitas. Etenim poſtea dixerunt communiter ſapientes omnes Antiqui ſine diuerſitate, quod *illud quod eſt ſuperius, eſt ſicut illud quod eſt inferius*; & è conuerſo; & omne ſubtile eſt ex groſſo, & groſſum ex ſubtili; & omnis compoſitio mundi ſiue maioris, ſiue medii, ſiue minoris eſt vna compoſitio.

positio. Et scias quod omne adligamentum rerum mundanarum est sicut adligamentum numeri, videlic. ex vnitatibus, denariis, centenariis, & millenariis. Ex digitis enim numeratur primus articulus, dicendo sic vnum, duo, tria, quatuor, quæ simul adgregata denarium constituunt; similiter si dicas decem, viginti, triginta, quadraginta, ex his numeris simul adgregatis contenarius exoritur; hoc idem etiam in centenariis & millenariis apparet, cum enim numerus nihil aliud sit, quã adligamentum vnius rei ad aliam, manifestũ est, quod vnitas numeri non sortitur naturam: cum ergo binarium acceperimus, quoniam numerus primus est, & ipsum in duo æqualia diuiserimus, manifestũ est ipsius partem alteram vnitatem existere; quam si binario addere voluerimus, ternarius inde prouenit: si vero binarium duplaris, quaternarius inde nascetur, & quaternario si vnitatem addideris, quinarium tibi producet, si vero ternarium eidem addideris, septenarium inde recipies, qui vnitate superaddita octonarium tibi procreabit, si item vnitatem addideris, nouenarium recipies, si vero binarium, denarium numerum tibi procreabit; eodem modo centenarii ex denariis: millenarii vero ex centenariis procreantur.

Vna vero die vocauit me magister meus

 Belenius,

Belenius Philoſophus, & dixit mihi, eia fili, ſpero te eſſe hominem ſpiritualis intellectus, & quod poteris pertingere ad gradum ſupremum ſapientiæ. Interrogo te ergo, & tu reſponde mihi? Et dixi ei: Eia pater miſericors ac magiſter honorande, interroga diſcipulum & ego ſicut potero, reſpondebo tibi. Et dixit: In quot genera diuiditur Natura? Et dixi: in quatuor. Et ille: quæ ſunt illa quatuor? Et dixi: ſimplex, ac ſimplex de ſimplici, compoſitum de ſimplici, & compoſitum de compoſito. Et dixit: Quod ipſorum eſt primum? Et dixi, ſimplex. Et ait: & quid eſt illud ſimplex? Et dixi: Duæ naturæ, quantum vna eſt agens, altera patiens. Et ait; quæ ſunt illæ duæ naturæ? Et dixi; Prima earum eſt natura caloris, & & ſecunda frigiditatis. Quid natura caloris? eſt actiua; frigiditatis vero paſſiua.

Et dixit: Quid eſt poſt ſimplex? & dixi, ſimplex de ſimplici. Et dixit: Quid eſt illud? Et dixi, natura caloris & natura humiditatis, & natura frigiditatis, & natura ſiccitatis: Et ait: Quomodo generantur duæ illæ naturæ? Et dixi: Creator omnium in principio abſque ſermonis prolatione dixit, ſit creatura talis; poſtea creata eſt à Deo natura ſiue materia prima, de qua Ariſtoteles in primo Phyſicorum, & Plato in Timæo conſimiliter

militer ſcripſerunt, quod eſt primum paſſiuum, ſiue receptiuum; quæ non magna, nec parua, nec ſubtilis nec groſſa, nec mouens nec quieſcens eſſe potuit, nec alia debet nominatione determinari, nec rei cuilibet adſimilari: in qua quidem omnia principaliter exſtiterunt, ſcilicet in potentia, quæ eſt, eſſe medium inter eſſe actu & perficere, & nullo modo eſſe. Et vt ad actum reduceretur, creauit creaturam ſecundam, ſcilicet cauſam agentem ſimilem ſcilicet orbi cœleſti, quam lucem appellare decreuit. Hæc autem lux Sphæram quandam creaturam primam intra ſui concauitatem obtinebat. Huius vero naturæ & primæ creaturæ alia creatura erat caloris & motus, vnde patet aliam primam eſſe frigiditatis ac ſiccitatis: & quia naturæ illæ erant adinuicem approximatæ, repercuſſit calor frigiditatem, & conſtrinxit ſe frigiditas condenſando ſeipſam: & quia de natura caloris & cuiuslibet rei ſubtilis eſt penetrare, penetrauit calor vſque ad centrum frigiditatis: & quia cuiuslibet rei finis eſt contrarium, eius motui autem opponitur tam motus quam quies. Ideoque motui iſti, qui fuit ad centrum ſiue ad medium, ſucceſſit alius motus in medio: temperauit enim ſe vna pars caloris cum parte fri-

giditatis ſibi æquali, & euenit ex ea tēmperātura natura humiditatis; & quia natura eius fuit media inter naturam caloris & frigiditatis, ideoque locum medium ſortita eſt inter vtrumque, & fuit motus ille à centro vſq; ad medium, cui iterum ſucceſſit alius motus, ſcilicet à ſummo ad medium, & à medio ad medium inter minimum & ſupremum, ac iterum ab infimo ad medium, hoc eſt à medio ad medium, inter medium & infimum: temperauit enim ſe vna pars caloris cum parte humiditatis ſibi æquali, & venit ex iſto temperamento natura caloris ac humiditatis, cuius locus, vt prædiximus, medius erat inter locum caloris & humiditatis: & quia, vt prædiximus, natura humiditatis eſt compoſita ex vna parte caloris & vna humiditatis vel frigiditatis ſibi æquali, ſequitur, quod natura caloris & humiditatis eſt vna pars frigiditatis, & tres caloris, eodem modo natura frigiditatis & humiditatis eſt adgregata ex natura frigiditatis, ac natura humiditatis æqualiter. Et quia natura humiditatis medietas eſt caloris & medietas frigiditatis, ſequitur quod natura frigiditatis & humiditatis tres quartæ ſunt frigiditatis & vna caloris. Iam igitur habemus ſecundam ſphæram primæ naturæ quatuor ſphærarum, de quibus ſupra: quarum prima frigiditatis & humiditatis, quam ſphæram ſpiritus

ſpiritus appellauerunt ſapientes Antiqui: ſupra iſta, æqualitatis naturam, quam ſphæram animæ nuncupauerunt, poſtmodum vero naturam caloris & humiditatis, quam ſphæram tertiam appellauerunt, & poſtremo naturam caloris & ſiccitatis, quam ſphæram appellauerunt quartam, & hic fixatur: & quia, vt prædixi, cum fuerint commixtæ illæ duæ naturæ primæ adinuicem, non fuit ex tunc motus à ſurſum ad deorſum, & è conuerſo, ſed mouebantur omnes ſphæræ motu circulari. Iam ante diximus, quod cuilibet rei omnium extremum ſibi contrariatur, & quod motui à ſurſum ad deorſum non ſolum opponitur motus à deorſum ad ſurſum, ſed etiam quieti: ideoque diximus, quod vna pars caloris quæ non ſe commiſcuerat cum natura frigiditatis ad generationem humiditatis remanſit inferius admixta frigiditati, & quia non eſt dare vacuum in natura, ideoque loco iſtius caloris qui deſcenderat, ſubuenit quædam pars frigiditatis ſibi æqualis. Iam igitur patet, quod iſtæ ſphæræ erant adinuicem cõnexæ. Infima enim erat ſphæra frigiditatis & ſiccitatis, in qua nihil eſt caloris: poſt ipſam vero ſequitur ſphæra frigiditatis & humiditatis, cum tres quartæ ſunt frigiditatis & vna caloris: poſtmodum vero ſphæra æqualitatis, quæ eſt ſphæra animæ, cuius medietas eſt de

natura caloris, & medietas altera de natura humiditatis. Iam autem diximus, quod ſphæra humiditatis medietas eſt de natura caloris, & vna quarta de natura frigiditatis: Sphæra vero ſuprema quæ eſt poſt iſtam, eſt de natura caloris & ſiccitatis, nec eſt in ea aliquid frigiditatis. Sic igitur vides, quomodo ſpheræ iſtæ adinuicem ordinantur. Et ille: Iam mihi naturas caloris & frigiditatis ſufficienter demonſtraſti: ſed quid eſt ſiccitas nondum expoſuiſti? Et ego: ſiccitas ſola eſt priuatio humiditatis, in quo enim nulla eſt humiditas, ſiccum appellamus. Et ille: iam mihi ſufficienter explanaſti: Quid ſit ſimplex, & quid ſimplex de ſimplici.

Nunc ergo mihi dic, quid poſt illud? Et dixi: compoſitum de ſimplici. Et ille: quid eſt illud? Et ego: quatuor elementa, quæ ſunt ignis, aer, aqua, terra. At ille: quomodo generantur iſta quatuor elementa? & ego: temperauit ſe natura ignis ſcilicet caloris & ſiccitatis cum natura caloris & humiditatis, & venit ex ipſo temperamento æquali elementum ignis: & ſe temperauit elementum ignis cum natura humiditatis, & venit ex iſto temperamento elementum aeris, & temperauit ſe elementum aeris cum natura frigiditatis & humiditatis, & venit ex ipſo tempera-

temperamento elementum aquæ: & temperauit ſe elementum aquæ cum natura frigiditatis & ſiccitatis, & venit ex ipſo temperamento elementum terræ. Ignis ergo eſt aer ſubtilis, calidus, & ſiccus; aer eſt ignis groſſus, calidus, & humidus: aqua eſt aer groſſus, frigidus, & humidus: & aer eſt aqua ſubtilis calida & humida: & aqua eſt terra ſubtilis, frigida & humida: terra eſt aqua groſſa, frigida & ſicca.

Et ille: quid eſt illud quod eſt compoſitum de ſimplici? Et ego: compoſitum de compoſito? Et ille: quid eſt illud? & ego: eſt corpus animæ corporalis, quod eſt de corpore animali, & corpus ſpiritus corporalis. Et ille: quid eſt ſpiritus corporis animalis, & quomodo generantur iſta corpora ex elementis? Et ego: temperauit ſe elementum ignis cum elemento aeris, & venit ex ipſo temperamento æquali corpus animæ corporalis: & temperauit ſe elementum aquæ cum animæ corporali, & venit ex iſto temperamento corpus ſpiritus corporalis: & temperauit ſe corpus ſpiritus corporalis cum elemẽto terræ, & venit ex iſto tẽperamẽto terræ corpus corporalis corporis. Poſtmodum vero cum iſto corpore corporali cõmiſcuit ſe aqua, & temperauit ſe cum ſubtiliori ipſius, & venit ex iſto temperamento cor-

pus corporis ſpiritualis: & temperauit ſe aer cum ſubtili ipſius corporis ſpiritualis, & venit ex iſto temperamento corpus animale, & temperauit ſe ignis cum iſto corpore animali, & commiſcuit ſe cum ſubtiliori ipſius, & veniet ex iſto temperamento corpus animæ corporalis: & hoc eſt, quod quærebant ſapiẽtes Antiqui: & ipſum eſt, ex cuius temperamento cum æquali ſibi temperamento aquæ generatur, vt prædiximus, corpus ſpiritus corporis æqualis: ex cuius temperamento cũ æquali parte terræ generatur corpus æquale, quod Sol eſt; & niſi eſſent diuerſæ actiones & influentiæ corporum cœleſtium in ipſa inferiora, omnia corpora mineralia eſſent aurũ. Omnia etenim ſunt ex eodem, & animæ & ſpiritus eorum ſunt de vna re, nec differunt, niſi ſecundum magis, & minus, & ſecundum diuerſitatem decoctionis maioris vel minoris. Diuerſitas igitur eorum eſt ex diuerſitate influentiarum corporum cœleſtium in iſta inferiora, ſicut etiam numerus eorum eſt ſecundum numerum ſeptem planetarum: à natura colores, & odores, & ſapores, & accidẽtia cætera. Plumbum enim de parte Saturni, ſua natura eſt vt ſua natura. Stannum vero eſt de parte Iouis, ſua natura vt ſua natura. Ferrum vero de parte Martis, ſua natura vt ſua natura. Aurum vero de parte Solis, ſua natura

ra

ra vt ſua natura. Argentum viuum de parte Mercurii, ſua natura vt ſua natura. Argẽtum ex parte Lunæ, ſua natura eſt vt ſua natura: Cuprum vero de parte Veneris, ſua natura vt ſua natura. Poſtea vero iſta metalla mineralia mutantur adinuicem, & alterantur ſicut elementa, ex quibus conſiſtunt. Ignis enim fit aer, & aer fit ignis, ſimiliter aer fit aqua, & aqua fit aer, & aqua fit terra, & terra fit aqua, & ſic de aliis. Et ſcias quod omne compoſitum ex elementis, habet in ſe quatuor naturas, videlicet, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & ſiccitatem. Quod ſi dicat aliquis, aliquod eſſe compoſitum ex duabus tantummodo naturis iſtarum naturarum quatuor: dicemus ergo quod ex frigiditate & ſiccitate tantum: quia igitur illud compoſitum eſt frigidum, & ſiccum vt terra, ergo erit ſua natura de natura terræ, tactus & odor vt terra. Quod ſi quis dicat, ꝙ terra eſt frigida & ſicca in quarto gradu, & illud compoſitum non eſt in quarto? Dicemus, quod quoniam ſunt duo eiuſdem complexionis, & non differunt niſi ſecundum gradus, videlicet quod vnum eſt in quarto gradu, & reliquum in primo, ſecũdo vel tertio, impoſſibile eſt illum, qui eſt in primo, ſecundo vel tertio gradu, prohiberi quin pertingat ad gradum quartum, niſi propter admixtionem

qualitatis contrariæ, ergo non fuit mixtum ex duobus tantum, ſed ex tribus, quibus contrarium eſt poſitum. Et debes ſcire quod omne minerale eſt ſubtile terreum, & planta eſt ſubtilis minera, & corpus animale ſubtile ipſius plantæ. Ex elementis autem generantur corpora mineralia: & ex mineralibus generantur plantæ: & ex plantis animalia: & quia vnumquodque reſoluitur in ea, ex quibus componitur, ideo animalia quum reſoluuntur, generantur ex iis plantæ, via reſolutionis: eodem modo ex plantis mineræ: mineræ autem ex elementis, elementa in naturas reſolui neceſſe eſt. Et ille: dic mihi quid eſt ſpiſſum, & quid eſt ſubtile, ſiue delicatum? Et ego: ſpiſſum eſt corpus, ſubtile autem eſt ſpiritus, & ſubtile ſpiritus animalis eſt natura: Et ille: Quid eſt corpus? Et ego: corpus eſt illud, quod habet aliquid adparens & aliquid latens. Illud vero quod adparens eſt, eſt eius groſſicies & ſpiſſitudo: quod vero latet, eſt eius ſubtile, ſcilicet ſpiritus & anima. Corpus autem eſt ex compoſitione animæ & ſpiritus & corporis, corpore autem corrupto ex tunc illud quod dicebatur ſpiritus poſtea corpus nuncupatur, & illud quod anima dicebatur poſtea ſpiritus appellatur. Maximum eſt igitur quoniam ſpiritus eſt ſubtile ipſius corporis: anima vero ipſius

ſpiri-

ſpiritus eſt ſubtile: omnia autem iſta adinuicem, vt prædiximus, per viam compoſitionis ſiue reſolutionis generantur, & adinuicem ſeparantur, & alterantur, ſicut etiam de ipſis elementis prædiximus. Hoc autem non fit, niſi per ingreſſum vnius naturæ in aliam: verbi gratia, cum aliquid volumus eſſe frigidum & ſiccum in quarto gradu, & intendimus de quarto gradu frigiditatis, & ſiccitatis ad eandem frigiditatem & humiditatem, mutabimus ipſum in primis de quarto gradu frigiditatis & humiditatis ad gradum eiuſdem tertium, deinde ad ſecundum, deinde ad tertium, poſtremo vero ad æqualem inter prædicta, deinde ad gradum primum variamenti verſus humiditatem, deinde ad ſecundum, deinde ad tertium, deinde vero ad gradum frigiditatis, & humiditatis quartum: & ſi iterum mutare voluerimus ad gradum quartum frigiditatis vel caliditatis & humiditatis, mutabimus ipſum in primis ad gradum frigiditatis: deinde ad ſecundum, deinde ad tertium, deinde vero ad gradum æqualitatis in frigiditate & humiditate; & deinde ad gradum primum variamenti, ex parte caloris, deinde ad ſecundum, deinde ad tertium, deinde ad quartum, donec fiat calidum & humidum in quarto gradu.

Quod

Quod ſi iterum ad eundem gradum caloris & ſiccitatem ipſum reducemus, dehinc ad ſecundum, deinde ad primum, poſtremo vero ad gradum æqualitatis in calore, & humiditate: poſtea ad gradum primum ſiccitatis, deinde vero ad ſecundum, deinde ad tertiũ, deinde ad quartum, ſic ergo ipſum mutabimus de gradu quarto frigiditatis, ac diuerſitas eorum eſt, ſecundum diuerſitatem corporum ſupracœleſtium ipſi correſpondentium à natura. & odorum & ſaporum ſemper ſecundum ſimilitudinem. Dicamus ergo, in principio creationis fuit quilibet planetarum in directo ſui ſigno in orbe ſignorum, & operabantur ergo operationes, & deſcenderunt in terram, donec generarentur corpora mineralia ipſis proportionabilia, & poſtea mouebantur iſta corpora ſupercœleſtia: hinc iſta habitudo & reſpectus inferiorum: & corrumpebantur mineralia prius generata, & poſtea rediit ille adſpectus corporum ſupercœleſtium reſpectu inferiorum, & generabantur plantæ ex eadem materia, quæ prius erat ſub forma corporum mineralium, & poſtremo abceſſit motus iſte, & corrumpebantur plantæ, & rediit tertio motus iſte, & generabantur ex iſtis plantis animalia. Diximus igitur quod natura corporum mineralium eſt ſicut natura terræ, frigida & ſicca : natura

planta-

plantarum eſt de natura aquæ, frigida & humida: natura animalium ſicut natura aeris, calida & humida. Quod ſi obiiciat quis & dicat: quomodo dixiſti, quod natura mineralium eſt frigida & ſicca, & natura plantarum frigida & humida, quod nos videmus multa ex mineralibus occidere animalia per calorem ſuum? Ad hæc itaque reſpõdemus, quod ſi inueniatur minerale occidens animale per caliditatem ſuam, quod planeta, qui eſt de de illa minera, multo magis operationes operabatur, & ſimiliter omne quod fuit de illo planeta, plus quam planeta: ſi ergo temperetur ex planeta, qui ex ea eſt, dicimus quod in operatione eius eſt frigida: & ſi iterum temperetur planeta & animal in comparatione eius, reperietur frigida & humida.

CAP. II.

De generatione mineralium.

DIcamus ergo de generatione mineralium: dixerũt autem quidam, quod natura mineralium omnium eſt argentum viuum cum ſulphure, & dixerunt quidã quod radix ipſorum mineralium eſt argentum viuum cum ſulphure. Præparemus ergo radicem, donec perueniamus ad ramos: & cauſa

iſtius opinionis eſt, quod ipſi conſiderauerunt naturas corporum mineralium ſuperficie tenus: nam in profundo, ſi reſpexiſſent ſecreta naturæ, nunquam incidiſſent in tales opiniones. Dicimus igitur, quod dato, quod argentum viuum & ſulphur ſint prima naturalia corporum mineralium ante congelationem ſuam, tamen poſt congelationem argenti viui & ſulphuris impoſſibile eſt ex ipſis corporibus mineralibus generari, nam congelans ſuum congelandum iam ipſum alterauit in ſuam naturam. Cuius exemplum eſt de compoſitione ſaponis: ſi enim accipiatur aqua extracta à cineribus, & oleum cum quibuſdam aliis, & decoquatur decoctione certa, generatur ex iis ſapo, & ſi acciperetur vnumquodque per ſe, & decoqueretur donec congelaretur, & poſtea laboraret quis ex ipſis ſaponem componere, non poſſet: ſulphur autem in primo erat aqua natura eius frigida ac humida, & poſtea conuerſa eſt in aerem, cuius natura eſt calida & humida: poſtmodum vero in ignem, cuius natura eſt calida & ſicca: poſtmodum vero cum ipſo igne temperauit ſe aqua, & fuit compoſitio maſculi & fœminæ: & dicimus ergo quod dato quod natura ſiue radix mineralium ſit argentum viuum cum ſulphure,

non

non tamen debemus accipere ipſum, ex quo ſunt corpora mineralia, ſed magis debemus ipſum accipere quod eſt ex ipſis corporibus mineralibus, cuius exemplum eſt manifeſtum in plantis. Scimus enim quod generatio plantæ eſt ex aqua cum ſubtili terreo, vt prædiximus, & tamen ſi acciperemus aquam & terram, nunquam generaremus plantam: non ergo accipimus illud ex quo eſt planta, ſed illud ex quo animal, quod eſt ex planta, ſcilicet ouum ipſius, poſtquam ſcimus, quod illud ouum generatur ex terreo ſubtili cum mixtione ipſius aquæ, commẽdamus ipſum terræ, donec illud quod fuit diminutum compleatur. Et dicimus etiam quod generatio metallorum in ventre terræ fit, hoc modo, cum Sol agat in iſta inferiora, per caliditatem ſuam calefacit terram, & remanet pars ipſius caloris in interioribus terræ, & cum aſcenderit Sol ſuper terram, & inuenit quod calor ſit in terra abſconditus, calorem ſibi ſimilem naturaliter, oportet aſcendere vna cum parte caloris nouiter generati, cum occurrerit ſibi aliqua pars aquæ ſoluit ipſam, & conuertit in vaporem, qui quidẽ vapor mouetur aſcendendo donec currat ſuper ipſum calor proportionabilis: cum vero deſcenderit Sol verſus occidentem, diminuitur calor proportionabilis,

donec condenſetur vapor &deſcendat diſtillando. Sole autem iterum oriente, caloreque ipſius iterum, vt prius deficiente deſcendet ſecundo diſtillando, ſic quod non ceſſat cõtinuo ſubtiliare & diſtillare, donec totum oleum ſoluatur, quod in iſta aqua conſiſtit, & commiſceatur ipſi aqua, totumque conuertatur in oleum. Quod ſi inuenerit aliquam partem ſulphuris, & admiſceatur: & ſi ergo fuerit quantitas aquæ æqualis quantitati ipſius ſulphuris, ac paulo magis, ſcilic. quantum ſufficiat ipſum incorporare, generatur ex eo aurum vel argentum, & ſic de aliis ſecundum quantitatem ipſius decoctionis. Si vero fuerit quantitas ſulphuris maior quantitati ipſius aquæ, generabitur ex iis corpus minerale, quod non erit de minera ipſorum ſeptem. Iam diximus quod in generatione artificiali ipſorum corporum mineralium nõ querimus illud ex quo ſunt ipſa corpora, ſed illud quod eſt ex ipſis, ſicut etiam in ipſis plãtis exemplificauimus: diximus enim, quod accipimus ouum ipſius plantæ, & conſideramus de quo eſt illud ouum, & poſtquam ſcimus illud eſſe ex terreo ſubtili cum mixtione aquæ, commendamus ipſum terræ, ſic etiam in mineralibus accipimus ouum ipſum, & deinde conſideramus vnde generatur ipſum, & poſtquã ſcimus vnde generatur, ſcimus etiã

quod

quod ex iiſdem oportet nutriri : ſcimus autem quod ipſum ex quo generatur ouum illud, eſt admixtio ignis cum aqua. Et etiam diximus, quod ſine complexione maris & fœminæ, nihil omnino generatur. Cum autem præparemus ipſum præparatione ſibi debita, generatur ex ipſo aurum, vel argentum: & ſcire debes quod hoc non fit ſine putrefactione & ſolutione, ſicut nec in plantis contingit, non enim ingredietur ſuper ipſum ignis ſine humiditate. Illud igitur quod eſt cauſa ingrediendi, eſt calidum & humidum, non enim adligatur natura niſi naturæ ſibi propinquiori: cum ergo occurrerit humiditas ſoluentis humiditati ipſius ſoluti, adligatur humiditas humiditati, ſed nos non ſoluimus totum compoſitum, quia ſi ſolueremus ipſum ſimul, tunc ouum corrumperemus ipſum, ſed ſoluimus partem poſt partem, donec illud, quod eſt contrarium naturæ ſoluẽtis recedat à ſoluto. Et ſcias quod in hoc differt ouum plantæ ab ouo mineræ, nã ouum minerale non putrefit abſque contritione ſiue molitione, non enim ingreditur ſoluentis humiditas in ipſum abſque molitione, propter adhærentiam partium ipſius ſoluti adinuicem. In ouo autem plantæ, ſi moleremus ipſum, corrumperemus figurã ipſius plantæ, quæ eſt in ipſo in potentia : ignis vero, vt præ-

diximus, quamuis ſit agens in corporibus, tamen aer, ſiue caliditas & humiditas eſt cauſa ingrediendi, ſed quia humiditas ipſius aeris eſt contraria ſiccitati ipſius, ideo requiritur neceſſario aquæ ipſius frigiditas, quæ temperet ipſum: & quia aqua non fixatur in igne ſine terra, ideo requiritur etiam neceſſario terra quæ figat ipſam aquam. Iam autem ſæpe diximus ſuperius, quod generatio non fit ſine maris, & fœminæ coniunctione. Ignis autem & aer ſunt maſculina, aqua autem & terra ſunt fœminina, & ignis eſt maſculus aquæ, & aer eſt maſculus terræ: ſed ignis non admiſcetur terræ abſque mediatore aere: eſt enim aer propinquus igni ratione ſuæ caliditatis, & eſt vicinus aquæ ratione ſuæ humiditatis. Iam autem diximus frequenter, quod naturam natura amplectitur ſibi ſimilem: aer ergo ratione ſiue concordia, cum vtroque factus eſt concordans inter vtroſque generationis, ſimiliter vero aer contrariatur terræ, ſecundum vtramque qualitatem: eſt enim aer calidus & humidus vt prædiximus, terra autem frigida & ſicca, aqua vero ratione ſuæ frigiditatis conuenit cum terra, ratione vero ſuæ humiditatis conuenit cum aere, aqua igitur inter aerem & terram eſt medians & concordiam generans.

Mani-

Manifeſtum igitur eſt, quod aqua & ignis non copulantur adinuicem, ſine aere mediante in vna extremitate, & etiam ſine mediante terra in alia ſua extremitate: & hoc eſt quod volumus.

Quia igitur iam declarauimus ouum minerale generari ex igne & aqua, & etiam per conſequens ex iiſdem nutriri. Ignis vero, vt prædiximus, eſt maſculus, aqua vero eſt fœmina, nunc eſt noſtrum nobis inueſtigare iſtum maſculum donec inueniamus ipſum. Iam autem diximus ſuperius, quod corpora mineralia ſunt de natura terræ, cuius natura eſt frigiditas & ſiccitas: quod quantitas ignis in ipſo eſt modica niſi in potentia, minor quam ad gradum ſecundum: quoniam eſt de vegetabili actu, inueniũt eius naturam frigidam & humidam: & quia naturæ frigidæ & humidæ tres quartæ ſunt frigiditatis & vna caloris, & illa etiam quarta caloris eſt profunda in illis tribus partibus ſiccitatis, ideoque aſcendendum eſt ad tertium gradum, quod eſt animal; & quia natura animalis, vt prædiximus, eſt calida & humida, manifeſtum eſt igitur, quod ſint tres quartæ caloris & vna quarta humiditatis; ſed quia animal quando completur eſt commixtum, & temperatum ſuum groſſum cum ipſius ſubtili, ideo non eſt illi motus à deorsũ ad ſurſum:

ideoque accipimus de animali illud quod non completur, & commendamus cucurbitæ & alembicis ad diſtillandum, & diſtillamus primum aquam, cuius manifeſtum eſt albedo, ignis vero occultum eſt rubedo: deinde diſtillamus aerem, cuius manifeſtum eſt citrinitas, eius vero occultum eſt viriditas, & remanet ignis in ipſa terra. Accendimus ergo ſuper ipſum, fortiorem ignem ſine pietate, donec extrahamus totum ignẽ à terra mortua nigra, in qua non eſt vita: poſtea ſeruamus ipſam aquam, ſcilicet aerem & ignem: & vnumquodque in ſuo vaſe ad horam coniunctionis: & poſtea accipimus terram iſtam, & iungimus ſuper ipſam ignem, donec facta ſit alba: & poſtquam ita fecimus, accipimus de vnaquaque adinuicem iſtorum partes æquales, & commiſcemus adinuicem eas: & quia iſta aqua eſt æqualiter compoſita, ex quatuor naturis, non habemus timere in noſtra operatione niſi vt ſecuri ſimus à corruptione: tingitur enim cum ſuo igne, & ingreditur in ſuum oleum, & præſeruatur etiam à combuſtione in ſua aqua, figitur in ſuam terram: aqua enim eſt adligata terræ per ſuam frigiditatem, & aer aquæ per humiditatem, ignis aeri per caliditatem: verbi gratia, ex cõpoſitione Martis, qui eſt calidus & ſiccus, cum Ioue frigido & humido, generatur Sol. Sed
ſcias

ſcias quod commixtio eſt duplex, eſt enim commixtio totalis, & particularis: Particularis eſt, cum commiſcetur corpus corpori, ſed ſpiritus non commiſcentur adinuicem, ſicut accidit in iſtis corporalibus fuſibilibus in ſua commixtione, cum ſola ignis fuſione. Commixtio vero totalis, cum commiſcentur cum temperamento corpora, corporibus & ſpiritus cum ſpiritibus, hęc autem non fit ſine putrefactione. Modo autem oſtendamus, quare dixerunt ſapientes Antiqui, quod vna pars iſtius elixiris, cadit ſuper mille: vnde ſecretum eſt, quod quodlibet ſubtile occupat loci ſui ſeptuplum reſpectu loci à groſſo occupati. Vna autem pars caloris conuertit Lunam in Solem, & hoc autem, ſi fuerit accepta de minera: ergo ſi fuerit de re vegetabili, vna pars conuertit ſex partes Lunæ in Solem: ſi vero fuerit de animata, vna pars conuertit triginta ſex partes, & hoc in primo gradu ſubtilitatis: ſed ſi fuerit in ſecundo gradu, vna pars conuertit centum & triginta octo: ſi in tertio, ducentas & viginti octo: & ſi in quarto & vltimo gradu, iterum conuertit centuplum eius: & hoc eſt quod volebamus. Iam enim determinauimus de generatione corporum metallorum ſufficienter, & hoc tam de naturali quam de artificiali, & cum hoc compleuimus iſtud capitulum.

Cap. III.

Incipit caput tertium, in quo agitur de generatione plantarum ex mineralibus, & similiter de generatione animalium ex plantis. & de adligamento ſpiritus ipſius plantæ cum planta, & etiam adligatione animæ, cum ipſo animali.

POſtquam diximus de naturis æqualibus & inæqualibus, & de elementis, ſcilic. ſuperioribus & inferioribus in primo capitulo, ac etiam de generatione mineralium in ſecundo, dicemus, vt promiſſum eſt, in hoc tertio capitulo de plantis, animalibus & eorum generatione. Dicamus igitur ſicut in primo, quod temperauit ſe aqua cum terra, & generatur ex iſto temperamento petra, deinde tẽperauit ſe aer cũ aqua, & generatur ex ea terra: & manifeſtum eius eſt, frigidum & ſiccum: eius vero occultum, calidum & humidum: poſtea vero cum iſta terra tẽperauit ſe aqua. Iam autem ſuperius diximus frequẽter, quod natura naturam amplectitur ſibi viciniorem: Humiditas ergo aquæ fuit adligata humiditati aeris, & frigiditas aquæ terræ frigiditati, humiditas vero aeris fuit adligata calori ipſius.

psius. Cum ergo ascendit Sol orientalis, & calor ipsius aeris adligatus fuit calori ipsius Solis, necesse ergo habuit se extendere illa planta, & crescere. & quia iam diximus, quod frigiditas aquæ fuit frigiditati terræ adligata, ascenderunt cum ipsius aquæ partibus, partes subtiliores ipsius terræ, & temperauerunt se, & commiscuerunt se cum ipsis partibus aquæ, & generabatur ex iis ouum ipsius plantæ, in quo quidem ouo, erat planta potentialiter: postquam vero peruenit ipsum ouum, ad terminum sui variamenti, abscondita est ab ouo sua humiditas, qua nutriebatur, & induratum & exsiccatum est. Postquam ergo scimus quod materia ipsius oui est admixtio partium terræ subtilium cum ipsius aquæ partibus, scimus ergo quod ex iis oportuit illud nutriri, donec illud quod fuit in potentia reduceretur ad actum, & generaretur ex eo planta, cuius flores, fructus & folia essent ex ipso. Sed differt illud ouum ab ouo mineræ in hoc, quod non indiget trituratione, ad hoc quod humiditas putrefactionis ingredi possit partes ipsius, eiusque partibus commisceri: quod si tereremus ipsum, corrumperemus formam plantæ in ipso potentialiter existentem, & conuerterentur folia in non folia. Non etiam in partibus oui ipsius plantæ erat tanta

compactio quæ prohiberet humiditatem ipsius subtilis admisceri humiditati ipsius corporis soluendi. Sic ergo constat substantiam ipsius plantæ consistere ex partibus aquæ admixtis ipsius terræ partibus subtilibus. Nos autem diximus in præcedentibus, quod planta est subtile siue delicatum ipsius mineræ, & quod generatur ex temperamento aquæ cum eodem. Hæc igitur est generatio.

AD LECTOREM.

Praxim theoria priscis genuit, & aliquãdo opus admiratio, Iris admirationem, Iris contemplatio est sequuta: In Didascalicis autem prior pars obtinere videtur: Sane & hunc ordinem Artesius imitatus est. Descriptis enim iis quæ necessaria erant, ad naturæ cognitionem, ad artem nunc accedit. Sed quoniam οὐ μόνον ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ πάντων καλῶν ὑδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. *Ideo ænigmati*κῶς *hoc tertium caput descripsit, & quia Iudæus Magi*κῶς. *Nec te moueat, Lector, comparatio de dæmone facta: Sic enim pridem Stephanus ad Heraclum :* περὶ ποιήσεως χρυσοῦ *de subtiliatione, cuius rationem reddit his verbis:* ἵνα ἐξορφανισθῇ τῆς ὕλης, καὶ

γενή-

γενήσεται μόνη ψυχὴ, καὶ πνεῦμα, καὶ πῦρ ἀνωφερὲς, καὶ χρῶμα λάβῃ, καὶ πνευματικώτερον γένηται, καὶ καθεκτικώτερον: ἅτε δὴ ὡς ἐπιπέδοντο σῶμα, ὡς τὸ τῶν δαιμόνων καὶ τῶν ἐπεισερχομένων. *Characteres autem Auctori huic, familiares fuiſſe, in velandis ſcientiis teſtatur etiam Rogerius Baccho, de admirabili poteſtate artis & naturæ. Horum ergo formam ne deſpicias, forte enim aliquid ſignificant, non enim omnia quæ in figuris ponuntur ſignificare aliquid putanda ſunt: multa enim, propter illa quæ ſignificant, ordinis & connexionis gratia ſunt adiuncta. Solo vomere terra proſcinditur, his te monitum velim, quæ hoc in capite ſcripta ſunt, analogice omnia ſumenda eſſe, & de nulla re minus quam de magia ſcripſiſſe Arteſium, quod & forte aliquando adnotationibus demonſtrabimus.*

DE GENERATIONE animalis.

GEneratio autem animalis ex planta eſt, ſecundum quod narrauimus, ſi Deus voluerit, quod quando putrefit planta in ventre ipſius animalis, ſeparatur eius ſubtile à groſſo poſt eius putrefactionem: & quia iam diximus, quod natura ipſius plantæ eſt frigida & humida, & quod ipſa generatur ex temperamento aquæ, cum partibus terræ ſubtilibus. Facta igitur putrefactione ſeparantur partes terræ groſſiores à partibus aquæ: & quia natura aquæ eſt frigida & humida, vt prædiximus, temperauit ſe vna pars iſtius frigiditatis & humiditatis cum parte vna ſibi æquali caloris & humiditatis in ipſo animali exiſtente, & generatur ex ipſo temperamento natura ipſius animæ, quæ eſt natura æqualitatis: reliqua vero pars aſcendit ad cerebrum, ex qua generatur natura ipſius ſenſus: & quia vt diximus tres ſuæ quartæ fuerunt lux & vna obſcuritas, manifeſtum eſt ergo quod in natura ipſius ſenſus, natura lucis tenebris dominatur: repercutitur lux illa à parte tenebræ ad cor, & illuminat ipſum, & hoc ſi fuerit animal erectæ ſtaturæ, non habet ſenſum in ipſo corpore latum in

quo adunetur, ſed ſpargitur per ipſum corpus: & hæc eſt cauſa cur cætera animalia non diſcurrunt vt homo. Comparatio vero corporis humani conſiſtit in quadam commixtione æqualium naturarum, cum inæqualibus. Naturæ vero æqualitas conſiſtit in compoſitione hominis in duobus : quorum vnum eſt æqualitas adparens ſiue extrinſeca, aliud eſt æqualitas intrinſeca, & eſt natura ipſius animæ, de qua prædiximus. Qualitas autem adparens conſiſtit in æquali compoſitione ipſius corporis ex quatuor humiditatibus, quæ ſunt ſanguis, & eſt calidus & humidus de natura ſcilicet ipſius aeris, & cholera calida & ſicca de natura ignis, & Phlegma, cuius natura eſt frigida & humida de natura ipſius aquæ, & melancholia frigida & ſicca de natura terræ. Æqualitas ergo iſtorum humorum eſt cauſa coniunctionis animæ cum corpore, ſi autem corrupta fuerit æqualitas adparens, corrumpetur per conſequens ligamentum animæ cum corpore, & accidit animam tum à corpore ſeparari, & hæc quidem ſeparatio mors appellatur. Hoc autem non contingit ex quolibet receſſu ab æqualitate, niſi forte fuerit notabilis in quantitate : ſi autem fuerit iſta quantitas parua, accidit ex hoc fortaſſis ægritudo & perturbatio, donec per medicinas

cinas conuenientes ad æqualitatem iterum reducantur: & fortaſſe ſunt quædam infirmitates quibus adiunget ſe diabolus humore egrediente à temperamento ac perturbante ipſam ſanitatem, & hoc maxime accidit in infirmitatibus ex cholera prouenientibus, cuius cauſa eſt iſta: quia enim, vt iam diximus, natura ipſius choleræ calida & ſicca, vt ignis; corpus autem diaboli ex duobus eſt compoſitum, ſcilicet igne & aere: & nos diximus in præcedentibus, quod omne ſubtile ingreditur in omne groſſum, manifeſtum eſt igitur, cum ignis ſit ſubtilior aere, quod adparens corporis ipſius diaboli eſt aer, eius vero occultum eſt ignis: & hæc eſt cauſa occultationis eius ab humanis aſpectibus, cum medium per quod videmus omnia, ſit aer, qui eſt coniunctus oculo noſtro. Cum ergo interius diaboli ſit de natura ignis, manifeſtum eſt, ipſum contrariari & inimicari ipſius animæ naturæ, quæ eſt natura æqualitatis: cum ergo accidit corpori ægritudo de natura ipſius coleræ in corpore, & quia diabolus, ad ipſum occultum, eſt de natura ipſius choleræ, adiungit ſe cum cholera, & augmẽtatur eius dominium ſuper aliis humoribus, & tãtum poteſt prædominari, quod recedit anima à corpore, & ſeparatur ab eo. Sed qui ſciret facere deſcendere ipſum lumen, cuius natura eſt

contra-

contraria naturæ occultæ ipſius diaboli, tunc corrumperetur perfectio ipſius diaboli, & destrueretur, & recederet ab homine infirmitas, & rediret ſanitas, & ſtaret homo quietus, & pacatus. Sed modus per quem homo facit deſcendere ſpiritum ipſum, eſt vt ſciat naturam Planetæ, cuius ſpiritum quærit deſcendere, & colorem, odorem, & ſaporem ipſius: poſtea præparet adparens ipſius corporis, cum colore, ſapore & odore ſupradictis: vt qualis color eſt accipiat veſtimenta illius coloris, & aperiat occultum ſui corporis cum natura & ſapore, & quod accipiat cibum cõfortantem corpus ſuum à variamento & accedat ad gradum æqualitatis; & illud non debet latere ipſum, qui quærit facere deſcendere ſpiritum: & non dimittat nec ceſſet ab iſto, donec faciat ſtomachum ſuum recipere cibum illum, ac non abhorreat, & non adpetat alium, qui prohibeat ipſum adpetitu ipſius, & ſit in qualibet hora ipſius Planetæ leuatus directe, & humiliando ſe rogans creatorem, vt compleat voluntatem ſuam, & cum complebitur voluntas ſua & deſiderium, reddat gratias ſuo creatori. Poſtea adſpiciat cum ingreditur ſtella illa in directo ſui ſigni, vt nõ ingrediatur per Planetam contrarium. Poſtea faciat de corpore, quod eſt de Planeta illius, crucem, & ſit perforata à ſummo vſque

ad

ad deorſum, & erigatur ſuper duos pedes & equites ſuper figuram quæ eſt conueniens rei quæſitæ, vt ſupra leonem vel ſerpentem, pro bello, ſiue victoria, vel ad faciendum timorem inimico: vel ſupra auem, pro ſaluatione de magnis laboribus, vel ſuper cathedram quærendo exaltari. Cauſa autem quare nos accipimus formam crucis eſt, quia neſcimus rem cui adſimilatur ſpiritus cuius deſcenſum quærimus: nos autem ſcimus quod ſpiritus eſt res creata, & omne perfectum, eſt corpus, & corpus habet longitudinem & latitudinem ad modum crucis, nos autem diximus in præcedentibus, quod natura quælibet naturam amplectitur ſibi ſimilem: hæc eſt ergo cauſa, quare figuram crucis cæteris figuris prætulimus in hac parte, & ſiquæris aliquos ſubiicere vt tibi obediant tanquam ſerui ſuo domino, hæc eſt figura: O I I X O O I L ♑ I. Poſtea ſi fuerit homo, & noueris ſtellam dominantem in ſua natiuitate, facies figuram illius hominis de minera quæ eſt de parte illius planetæ, in hora ſua, & ſit adſpiciens ad ſignum ſtellæ ſibi contrariæ in natura, & ſit cum ipſa in ipſo ſigno, & ſi ſit illa ſtella infortunata, poſtea ponat iſtam figuram quæ ſit ad primam O V I 2 L I ♑ I I.

Et

Et si non fuerit ista stella prædominans, faciemus septem figuras de septem petris, quæ sunt de natura septem planetarum, & si sint istæ de natura Saturni, arsenicum de natura Iouis, magnes de natura Martis, rubinus de natura Solis, alumen de natura Veneris; Mercurii Lunæ cristallus.

Post de quolibet fiat vna figura, in hora sui Planetæ, & cum isti lapides respiciunt crucem in oriente, videmus quod figura in natura animatur, & cum adligat se spiritus ad crucem, habet potestatem figura humana supra figuram illam, siue fuerit homo, siue non homo. Postea accipimus turibulum de minera illa de qua fecimus crucem, & sit perforatum in summitate ne possit fumus egredi aliunde, postmodum accipimus lectum nitidum & mundum non opertum: sed sub dio, & adsternatur herbis, quæ sunt de natura ipsius Planetæ, cuius spiritum quærimus, & non sit in illo loco aliud: neque longe, neque prope, & accipimus etiam suffumigia, quæ sunt de natura illius plantæ & ponemus in turibulo supradicto & situetur, vt salire possit fumus directus per foramen crucis, & fiant omnia supradicta in hora planetæ, cuius quærimus spiritum descendere: postea adligatur spiritus superior suo simili, cuius exemplum est,

quasi

quaſi cum accipimus duas candelas accenſas, quarum vna extincta de directo ſupponatur alteri non extinctæ, tunc, quod fumus ab inferiori aſcendat ad ſuperiorem, deſcendit flamma à ſuperiori ad inferiorem, & accendit eam, & eſt modus faciendi deſcendere ſpiritus. Cum ergo deſcenderit ipſe ſpiritus, qui eſt anima animalis ſiue ſpiritualis, & inuenerit corpus præparatum, vt prædiximus, penetrat in ipſum, & adligat ſe animæ corporali, quia ſcilicet anima corporalis eſt occulta in qnolibet corpore, propter ſimilitudinem vnius iſtarum animarum, cum alia in natura. Si vero corpus non fuerit debite præparatum, corrumpit ipſum & deſtruit, & poſtea reuertitur ad locum ſuum, & etiam oportet vt ſoluamus de corpore de quo facta eſt crux, cum aqua æquali in naturis ipſius putrefactionis, quouſque ſe temperet ſua anima corporalis cum ſuo corpore: deinde illud ſuffumigamus cum ſuffumigio, vt adligetur illius corpus cum ſuo elemēto, & erit cauſa eadem adligamenti in corpore inferiori quouſque adplicet ſe ad ſui ſimile: & debes ſcire quod quilibet Planeta habet dimidium finem, & diſpoſitionem ſuam propriam: poſtmodum ſi ille, cuius diſpoſitionem quæris, habuerit etiam diſpoſitionem generalem, erit effectus maior & fortior: & ſcias quod non adligatur

anima

nima ſpiritualis cum anima corporali, niſi
er modum ſimilem: iſte & illud eſt vnum de
naximis ſecretis, ſed adligamentum animæ
piritualis cum ſpirituali, quæ eſt anima ho-
ninis, per iſtum modum fieri debet; quia cũ
Planeta prædominans cuilibet natiuitatis di-
ponit ipſum in hora adligamẽti animæ cum
uo corpore; cum vero mutatur corpus de
orporeitatẽ ad ſpiritualitatem, vt ſi fiat cor-
pus ſpirituale, deinde ad animalitatem, vt de
pirituali fiat animale, adligatur anima cum
uo elemẽto, & videt & cognoſcit quæ prius
videre non poterat, nec cognoſcere. *Si* autem
planeta prædominans alicui natiuitati fuerit
infortunatus, infirmabitur ille homo, quan-
diu prædominabitur vis ipſius corporis viri-
bus ipſius animæ, vel etiam fuerint æqualia,
ſed poſtquam adquiſiuit anima prædominiũ
ſupra ſuum corpus ex tunc nocere non pote-
runt illa infortunia, nec accidet ſibi ex hoc
impedimentum. Poſteaquam vero ſciuerit il-
lud, accipiet indumenta quæ ſunt in colore
conuenientia & cibaria, & adſueſcet ſe illis ci-
bariis, donec ſtomachum ſuum faciat illa re-
cipere, nec alia adpetat, adſueſcatque paula-
tim, & paulatim, ſcilicet primo comedere ſe-
mel in die: poſtea in duobus diebus ſemel;
poſtmodum in tribus, donec peruenerit ad
illud quod poſſit ſemel tantum in octo die-

bus comedere abſq; tædio & fatigatione de ſiderii, & perueniet ad quæſitum: poſtmodi vero ſcias quod deſcenſio ſpiritus eſt duplex Prima eſt deſcẽſio ſuæ deſcenſionis, & ſecunda obedientiæ. De prima dictum eſt ſufficiẽter: deſcenſio vero obedientiæ eſt promptitudo ſeruitutis ſpiritus deſcendentis reſpectu eius, ad quem deſcendit ad peragendum eius voluntatem, ſiue explendum: eſt ex maximis ſecretis etiam quod homo ſciat, quod omne groſſum fit ſubtile, & omne groſſum fit ſpiritus, & omnis ſpiritus fit anima, & ſubtiliatio ſua diuidet ſe in duo, videlicet in illud quod imitatur in aliam naturam, cum combuſtione ignis ac elementi, & in illud, quod non commutatur per combuſtionem ignis, operatur tantum, & hoc ſecũdum eſt quod quæſiuerunt Philoſophi. Omnia enim, quæ indigent ſublimatione de rebus confectis, ſunt tria, videlicet corpus corporale, primum minera, cuius ſubtiliatio eſt de ſuo exteriore ad interius; ſecundum eſt corpus ſpirituale, id eſt planta, cuius ſubtiliatio eſt de vtroque ſimul: tertium eſt animal, cuius ſublimatio eſt à ſuo interiore ad exterius, ſi Deus voluerit.

Explicit Clauis ſapientiæ Maioris.

IOAN

OANNIS PON-
ANI, SVMMI PHILOSO-
phi, Epiſtola de lapide Phi-
loſophorum.

EGo Ioannes Pontanus multas perluſtraui regiones, vt certum quid de lapide Philoſophorum agnoſcerem: & quaſi totū mundum ambiens deceptores falſos ueni, & non philoſophos, ſemper tamē ſtu-ns & multipliciter dubitans, veritatem in-ni. Sed cum materiam agnoſcerē, ducēties raui antequam veram materiæ operatio-m & practicā inueniſſem. Primo materiæ erationes, putrefactiones nouem menſib. epi, & nihil inueni. Etiā in balneo Mariæ p bus aliquod poſui, & ſimiliter erraui. Enim-ro in calcinationis igne tribus menſib. po-, & male operatus ſum: omnia diſtillationū ſublimationū genera (prout dicunt, ſeu di-re vident philoſophi) ſicut Geber, Arche-us & alii fere oēs tractaui & nihil inueni. De-q; ſubiectū totius artis Alchymiæ omnibus odis, q̄ excogitādi ſunt, & qui fiunt p̄ fimū, lneū, cineres & alios ignes multiplicis ge-eris, qui tamen in philoſophorū libris inue-ūtur, perficere tētaui, ſed nihil boni reperi.

Materiam lapidis non ſatis eſt agnoſcere.

Qui non incepit, non errauit.

Quibus libris Pontanus vsus est.

Quapropter annis tribus continuis in Phil
ſophorũ libris ſtudui, in ſolo præſertim He
mete, cuius verba breuiora totum compr
hendunt lapidem, licet obſcure loquatur
ſuperiori & inferiori, de cœlo & terra. Noſt
igitur inſtrumentum, quod materiam ded
cit in eſſe in primo, ſecundo & tertio oper
non eſt ignis balnei neque fimi, neque cin
rum, nec aliorum ignium, quos Philoſop
in libris ſuis poſuerunt. Quis igitur ignis i
eſt, qui totum perficit opus à principio vſq
in finem? Certe Philoſophi eum celarunt: ſ
ego pietate motus vobis declarare, vna cu
complemento totius operis, iſtius ignis pr
prietates volo. Lapis ergo Philoſophorum
nus eſt ſed multipliciter nominat': & antequ
agnoſcas, tibi erit difficile. Eſt enim aqueu
aereus, igneus, terreus. Eſt phlegmaticu
cholericus & melancholicus. Eſt ſulphureu
& eſt ſimiliter argẽtum viuum, & habet mu
tas ſuperfluitates, quę per Deum viuum con
uertuntur in veram eſſentiam, mediante ign
noſtro. Et qui aliquid à ſubiecto ſeparat, pu
tans id neceſſarium eſſe, profecto is in philo
ſophia nihil nouit, quia ſuperfluum, immun
dum, turpe & fæculentum, & tota deniqu
ſubſtantia ſubiecti perficitur in corpus ſpiri
tuale, fixum, mediante igne noſtro. Et ho
ſapientes nunquam reuelauerunt, propterea

Teſſera materiæ lapidis cognitu difficilis.

pauci

[...]uci ad artem perueniunt, putantes aliquid [...]e superfluum & immundum. Nunc opor[...]t elicere proprietates nostri ignis, & an cõ[...]niat nostræ materiæ secundum eum, quem [...]xi, modum, scilicet, vt transmutetur, cum i[...]nis ille nõ comburat materiam, nihil de ma[...]ria separet, nõ segreget partes puras ab im[...]ris, (vt dicunt omnes Philosophi) sed to[...]m subiectum in puritatem conuertit: non [...]blimat, sicut Geber suas sublimationes fa[...]t, similiter & Arnoldus & alii de sublima[...]onibus & destillationibus loquẽtes, in bre[...] tempore perfici. Mineralis est, æqualis est, [...]ontinuus est, non euaporat nisi nimium ex[...]tetur, de sulphure participat, aliunde sumi[...]r quam à materia, omnia diruit, soluit & [...]ongelat, similiter & calcinat, & est artificia[...]s ad inueniendũ: est cõpendium sine sum[...]u aliquo, saltem paruo, & ille ignis est cum [...]ediocri ignitione: quia cum remisso igne [...]tum opus perficitur, simulq; omnes debi[...]s sublimationes facit. Qui Gebrum legeret [...] alios omnes Philosophos, si centum milli[...]us annorum viueret, non comprehenderet [...]uia per solam & profundam cogitationem [...]gnis ille reperitur, tunc vero potest in libris [...]omprehendi, & non prius. Error istius artis [...]t igitur, ignem non reperire, qui totam ma[...]teriam conuertit in verum lapidem Philoso-

Qualis sit ignis lapidis, & quid præstet.

Ignis lapidis librorũ lectione non addiscitur.

Error artis vnde.

 phorum.

phorum. Studeas igitur ibi, quia si ergo hu
primo inueniſſem, ego non erraſſem d
centies in practica ſuper materiam. Propt
rea non miror, ſi tot & tanti ad opus non pe
uenerunt. Errant, errauerunt, errabunt,
quod proprium agens non poſuerunt Phil
ſophi, excepto vno, qui Arteſius nominatu
ſed pro ſe loquitur: & niſi Arteſium legiſſe
& loqui ſenſiſſem, nunquam ad compl
mentum operis perueniſſem.

Arteſium annos 800. vixiſſe aſſerunt multi.

Practica vero hæc eſt. Sumat, & diligēter
fieri poteſt teratur cōtritione phyſica, & ad
gnē dimittatur, igniſq; proportio ſciatur, ſ
vt tantūmodo excitet materiā, & in breui t
pore ignis ille abſq; alia appoſitione manu
de certo totū opus cōplebit, quia putrefaci
corrumpet, generabit & pficiet, & tres faci
apparere colores principales, nigrum, albū
rubeum, & mediante igne noſtro multiplic
bitur medicina, ſi cum cruda cōiungatur m
teria, non ſolum in quantitate, ſed etiā in vi
tute. Totis igitur viribus tuum ignem inqu
rere ſcias, & peruenies, quia totum facit opu
& eſt clauis omnium philoſophorum, quar
nunquam reuelauerunt. Sed ſi bene & pr
funde ſuper prædicta de proprietatibus ign
cogitaueris, ſcies & nō aliter. Pietate ego mo
tus hæc ſcripſi, ſed vt ſatisfaciam: ignis no
tranſmutatur cum materia, quia non eſt d
mate

Ignis proportio ſcitu digna.

Clauis totius operis ignis philoſophorū eſt.

Ignis lapidis accipitur a-

materia, vt ſupra dixi. Hæc igitur dicere voliunde quã à materia. lui, prudenteſq; admonere, ne ſuas pecunias inutiliter conſumant, ſed ſciant quid inquirere debeant. Eo modo ad artis veritatem peruenient, & non aliter. Vale.

GALLVS ESCHENREVTERVS

Medicus, clariſſimo viro Guilielmo Gratarolo Medicinæ & Philoſophiæ Doctori, eximio S. D. P.

BEneuolentia tua ſingularis in me, Clariſſime D. D. animum iam meum veluti faſcino quodam perſtrinxit, vt non poſſim nõ te veluti artis noſtræ promotorem ſtrenuum fauore proſequi. Tuum ſtudium, tuos labores, omnes denique tuos conatus eo dirigis & intẽdis, vt poſteri te vixiſſe norint, vel potius non mortuum eſſe ſentiant: multa enim in communem vſum medicinæ confers. Taceo reliqua omnia (quorum magna caterua) illud χημείας opuſculum à te è Gallico translatum mihi εἰς μνημόσυνον dedicatum, te fidum, beneuolum, ſyncerum & ſtrenuiſſimum medicinæ commẽdatorem, in omnem teſtatum faciet memoriam. Quis quæſo ſoluendo eſſet tantum medicinæ theſaurum, quo crudeliſſimi & pluſquam tyrannici morbi (quorum catalogum habes fo. 8. huius libri)

Bernardũ Treuiſanũ intelligit.

libri) vere curantur? Quis non afficeretur magno eius desiderio, si lepram metallorum (imperfectionem intelligo) isto pelleret, aurique formam in cemento, antimonio, aqua valente exactissimis vtique probationibus, siue falso, siue fuco, siue electro permanentem introduceret? Horum omnium hic liber Isagoge est. Scripsi exacto Iulio ad te per meum fratrem, medicinæ studiosum Basileam, me velle illius Antiqui Comitis opusculum legere, tibique vsum significare. Legi equidem clarum & apertum scriptum, cuius libri ista mens est, *materiam lapidis esse Mercurium, eumque genuinum, vulgarem & exuberatum*, (sic enim voco fabricatum metallinum) *horum duorum complicatione & debita coctione fieri multiplicationem metallorum perfectorum.* Vide quid desit huic processui, initiũ videlicet, vt Mercurius corporalis ex metallo sit exuberandus deinde qua dosi & analogia, denique vtrum adhuc aliquid tertium ad horum amborum Mercuriorum coagulationem requiratur. Ego quidem veritatis amantissimus non pauca ex igne ad medicinam vocaui remedia, olea, succos & rudes essentias, & vidi inde mirabilia & magnalia Dei, & Deum testor, antea non visa mihi, vel saltem plurimis incredibilia, &c. Ego inquam prædicta præparans iucunditate artis permotus, extra septa medi-

Quartier *vulgo dicitur.*

ca

ca transilii, & metallorum videlic. resolutionem plumbi & argenti in eorum materiam primam isto anno tentaui, & solus, laus Deo, nemine docente Mercurium Saturni & Mercurium Lunæ inueni, & de eorum inuentione tam certus sum quam certissimus. Vsum quem ista præbeant medicinæ eruditi aliquot Philosophi nouerunt, & Deus nouit, quod ista inquisiuerim ob medicinam principaliter & non credidissem cuiusquam verbis, posse argentum viuefieri, seu Mercurium ex duro corpore metallino versatilem efformari, nisi hisce meis conspexissem oculis. Tu si voles hanc μετεμψύχωσιν videre (quod millesimus non credit) omnibus requisitis præparatis, intra tres horas Saturnum vel Lunam viuificabo in currentem Mercurium in tuo cõspectu. Et hæc de primo. Proportio quæ sit inter vtrumque Mercurium, non facile dixerim, cũ autor præsens Deo vouerit non velle se dicere. Fernelius eruditus medicus ex duobus lapidem seu Elixir constare affirmat, vt panis ex farina & aqua. Vt ergo se habet aqua ad farinam, ita se habet Mercurius vulgi ad Mercurium fabricatum. Mihi videtur commodior analogia, vt se habet fermentum ad integram pastam panis, ita correspondet Mercurius exuberatus pondere, Mercurio vulgari. Ad tertium venio: Non mihi videntur ista duo suf- *Treuisanus lib. 2. ca. 18.*

ficere, hinc moueor ob Trinitatis ſanctiſſimã vnionẽ, Deus Trinus vnus, Lignum Trinum vnum, Metallum Trinum vnum, Ariſtot. tria poſuit rerũ principia, Theophraſtus Germanus oculariter monſtrauit, & ego ipſe in aliquot rebus vidi. Et quod me maxime mouet ſunt colloquia cum Chymiſtis verſatiſſimis habita, quod, ſi Mercurius coaguletur, tũc nõ ſit amplius fuſibilis dicendus, neſcio an de Mercurio vulgi vel fabricato intellexerint. Tecum præſens, tecum per literas de coagulatione Mercurii, vt ſcis, ſum locutus, & loquar cum vtrique commodum. Vidi ego cum calce Solis & Lunæ portionem Mercurii Saturnini coagulatã & fuſam. Plura iſto tempore non ſum expertus, nec de tertio puncto ex præſenti autore certi aliquid colligere potui. Si tu non eſſes exacerbatus in noſtræ Germaniæ decus Theophraſtum in Chemia θεῖα φράζοντα, te reſoluerem, & clare aperte ex quot rebus metalla componerentur, ex eodem autore monſtrarem: neſcio cur non plus inueharis in Pſeudo Theophraſtiſtas, aut librorum eius clare ſcriptorum βιβλιοτάφους. Neſcis ἐπιστήμην & τρόπον ἐπιστήμης toto genere differre apud Ariſtotelem? Aureus hic Aureolus in libris hactenus diuulgatis tradit vſum medicinarum, ἐπιστήμην ſcilicet remediorum, nolis, velis, antea tibi

non

non votorum ad epilepſiam, podagrám, hydropem, lepram. Deberes potius tanta Dei dona exoſculari, & hominem ob artem ingenioſiſſimam amare, quam ob mores & verba non omnibus clara odiſſe. In te deſcende, ſi tu hæc quæ Theophraſtus nouit teneres, nunquid velles omnibus hoc dicere? tu faceres contra iuramentum Hippocratis, qui medicinam non omnes docere voluit. In re leuiore ſcis Bononiæ latam ſententiam, eum proditorem patriæ appellatum, furca dignum proclamatum, qui primus filatorium (eſt machina, qua ſeta bombicina fuſis artificioſis in fila trahitur) in Germania, Tridenti ſcilicet præparauit: Bononienſes ipſos, vt eorum palatium publice teſtatur, nihil æque ac iugulum eius detruncatum pro votis habere, præterea ſi ſcires lapidem (poſt Deum non habens aliam medicinam, vt Senior inquit in conſilio coniugii Solis & Lunæ) & velles omnibus eum propalare, tu non eſſes filius Hermetis, vult enim Hermes ab omnibus inſipientibus eum vt donum Dei celandum.

Nonne magnæ rei notio ſub pio figmentorum velamine, honeſtis eſt tecta rebus, & veſtita nominibus, vt vult Macrobius, enuncianda? Et ſic nomina non nota tibi vel mihi is inſeruit ſuis ſcriptis, ſed non peruerſa, ni-

ſi quod nõ intelligas, vt Comes refert, nugas aut fabulas diceret. Sed vt non diutius de numero metalla conſtituente ſuſpendam te, luce meridiana clarius Theophraſtus affirmat in Paragrano, *non ex Sulphure & Mercurio vt duobus metalla, ſed ex tribus, tertio ſcilicet hæc duo coagulante, connexis fieri.* Sic dicit: *per Mercurium & Sulphur Philoſophi decepti, falſi & quaſi exoſſati.* Vide quæſo, an non illa cautela multos hactenus fefellerit, ob tam frequentes errores vera Alchymia odioſum, quaſi ſit deceptoria, nomen obtinuit. Forſan in hoſce non inepte ſatyrici ſales aſperguntur de ἐτυμῳ nominis, fruſtrati ſuo fine cum ſale alkali mœſti & triſtes Alchymiſtæ. Certo coniicio ego ex Theophraſti publicatis ſcriptis, eum nouiſſe & in medicina vſurpaſſe lapidẽ Philoſophorum, nec inania commẽta vel effictam fabulam, vt vulgus male iudicat, eſſe. Hæc eſt cauſa, cur publicam hãc velim epiſtolam, ne imprudẽtes vel imperiti ſecreti omnium ſecretorum temere ſine iudicio quærant aureum vellus, & ſic temporis pariter & æris, auri & argenti diſpendium experiantur, ſed admoniti diligenter quid agant, animaduertant. Ego profecto vidi in reſolutione plumbi eius oleum, eius Mercurium, eius aliquid terreum num id ſal vel ſalis ſpiritus fuerit, non plane affirmauerim ego. Huiuſmodi rationibus

ſeu

ſeu cogitationibus præſentem mihi dicatum librum ornare volui, me tuæ cenſuræ plane ſubmitto, ſi quid durius à me allatum, placide & philoſophice corrigas idipſum, correctionem enim non detrecto, ſin mea opinio arrideat tibi, illis quoq; probabitur qui hunc Comitis legerint libellum, & tum demum cautelam auream ſentient, quum manus aratro applicuerint. Viue philoſophice & me amare perge. Datum ex meo Muſæolo 16. Auguſti, quo die ante biennium Seleſtadium conceſſi.

1567.

FINIS.